solebat nisi injurias. — 4. Adversae res nos admonuerunt religionum. — 5. Ego semper tua consilia recordabor. — 6. Recordare de ceteris. — 7. Recordare tempus illud, cum pater tuus moerens jacebat in lecto. — 8. Magister discipulos officii sui commŏnet. — 9. Vivorum memini, nec tamen Epicuri licet oblivisci. — 10. Divico, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat, Caesarem monuit, ut reminisceretur et veteris incommodi (=*matança*) populi romani et pristinae virtutis Helvetiorum. — 11. Omnia Scipionis non facta solum, sed etiam dicta memineram. — 12. Memini constantiae tuae. — 13. Omnes gradus aetatis recordor tuae. — 14. Obliviscor jam injurias, deponam memoriam doloris mei. — 15. Si quid in mentem veniet, statim ad te scribam. — 16. Solet mihi in mentem venire illius temporis. — 17. Non minus saepe mihi venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae. — 18. Alcibiades lacrimans magnam benevolentiam civium suorum accepit reminiscens pristini temporis acerbitatem. — 19. Homo imprŏbus aliquando cum dolore flagitiorum suorum recordabitur. — 20. Venit mihi Platonis in mentem.

121. EXERCICIO

1. Não ha dôr maior que se recordar na desventura do tempo feliz. — 2. O' meus filhos, é estulticia recordar os vicios alheios e esquecer os proprios. — 3. Os homens bons esquecem os beneficios feitos, mas recordam sempre os beneficios recebidos. — 4. Lembra-te sempre de quem te beneficiou. — 5. Pensei em te escrever estas cousas que me vieram á mente. — 6. As tuas palavras me recordaram as bellas qualidades do nosso amigo. — 7. Lembra-te sempre de nós, assim como nós nos recordaremos sempre de ti. — 8. Os mestres recordam (commoneo) *cada dia* (cotidie) *aos discipulos os seus deveres. — 9. Eu nunca esquecerei aquelle acontecimento, que me recorda* (admoneo) *o maior perigo da minha vida. — 10. Bruto esqueceu os beneficios que recebera de Cesar. — 11. Vespasiano esquecia facilmente as injurias. — 12. A tua carta recordou-me* (admoneo) *a minha falta* (peccatum).

122. EXERCICIO

(*E. n. 261–264, pag. 266 — Gram. n. 275–279, pag. 226*)

1. Interest praeceptoris diligentes et bonos esse discipulos. — 2. Universae rei publicae refert bene administrari justitiam. — 3. Aequi judicis interest dirimere lites. — 4. Nostra refert discere. — 5. Nihilne tua refert ab aliis diligi? — 6. Maxime mea interest ut discipuli mei virtutem pluris faciant, quam alia omnia. — 7. Vestra, qui cum summa integritate vixistis, hoc maxime interest. — 8. Permagni nostra interest te esse Romae. — 9. Nescio quid intersit utrum nunc veniam an ad decem annos. — 10. Nihil interest utrum per procuratores agas an per te ipsum. — 11. Omnium magni interest feliciter vivere. — 12. Praeceptoris multum interest discipulos summo studio in litteras incumbere. — 13. Mea plurimum refert ut vos boni viri fiatis. — 14. Magni ad honorem nostrum

interest te quamprimum ad urbem venire. — 15. Mea, qui pater sum, interest liberos bene educari. — 16. Ciceronis, qui consul erat, multum interĕrat cives integros incolumesque servari. — 17. Vestra pluris quam nostra refert ut boni viri fiatis. — 18. Spartanae civitatis magnopere interĕrat ut leges Lycurgi servarentur. — 19. Non refert quam multos, sed quam bonos libros habeas. — 20. Tua, qui pater es, permagni interest liberos bene educari.

123. EXERCICIO

1. Isto importa grandemente a Cicero. — 2. Não só importa aos paes, mas importa tambem á patria que os filhos sejam bem educados. — 3. Importa-me muitissimo que tu passes bem. — 4. Isto importará mais a vós que a nós. — 5. Isto importa-me muito, que tu não leias livros maus. — 6. Importa muito á gloria da patria honrar os seus filhos que a fizeram grande. — 7. Importa grandemente ao estado (res publica) *que não haja nenhuma discordia* (dissensio) (*entre os*) *cidadãos* (gen.). *— 8. Escreve-me frequentes vezes* (crebro); *isto importa a nós ambos. — 9. Importa muito aos homens bons serem amados pelos outros. — 10. A nós todos, que vos amamos como irmãos, importa que vós sigaes os conselhos dos homens prudentes e vos precaveis dos aduladores.*

DATIVO

DATIVO DO OBJECTO INDIRECTO

124. EXERCICIO

(*E. n. 266-270, pag. 268 — Gram. n. 281-285, pag. 228*)

1. Natura hominibus rationem et orationem dedit. — 2. Tuae laudi non modo non invideo, verum etiam faveo. — 3. Omnes homines natura libertati student. — 4. Dionysius tyrannus, dum imperium studuit munire, nullius vitae pepercit. — 5. Themistocles Atheniensibus persuasit, ut omnia sua in naves conferrent. — 6. Laborantibus succurrere, aegris mederi debemus. — 7. Voluptas blanditur sensibus nostris. — 8. In oratore perfecto inest philosophorum omnis scientia. — 9. Eumĕnes utrique, et Philippo et Alexandro, in consilio semper adfuit. — 10. Non licet sui commodi causa nocere alteri. — 11. Cur meis commodis officis et obstas? — 12. Patriae irasci nefas est. — 13. Amici nostri diu abfuerunt a nobis. — 14. Multi senatores illo die adfuerunt in senatu. — 15. Illi homini ingenium non defuit, doctrina certe defuit. — 16. Ego nunquam deĕro officio neque dignitati meae. — 17. Inter meam domum et tuam interest flumen et pons. — 18. Justitiae inest splendor virtutis maximus. — 19. Adestote amicis in periculis et rebus adversis; nam miseris amicis adfuisse laudabile est. — 20. Ad rem publicam pertinet me conservari. — 21. Haec res ad meum officium pertinet. — 22. Helvetii, auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare. — 23. Ad illa venio,

quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertĭnent.

125. EXERCICIO

1. Os poetas consagram os (seus) versos (carmen) *ás musas. — 2. Coriolano deu uma resposta aspera* (asperius respondeo) *aos legados romanos. — 3. Por muitos homens antepõe-se a riqueza á amizade. — 4. A morte (não) poupa ninguem. — 5. Os inimigos (não) pouparam nem as mulheres nem as crianças. — 6. Tu me persuadiste de que* (acc. com o infinito) *a cousa é exactamente* (prorsus) *como tu me escreveste. — 7. O homem bom(não) inveja ninguem. — 8. Os medicos curam* (medeor) *as doenças do corpo, a philosophia as doenças da alma* (animus). *— 9. Julia, filha do imperador Augusto, casou-se antes* (primum) *com Marcello, depois* (tum) *com Marco Agrippa, e emfim* (postremum) *com Tiberio. — 10. Muitos estudam as lettras gregas e latinas, poucos as aprendem. — 11. Todos devemos soccorrer* (succurro) *e auxiliar* (auxilior) *a patria. — 12. Ao doente faltam as forças. — 13. A muitos jovens não falta o engenho, mas a bôa vontade. — 14. Os verdadeiros amigos não desampararão os amigos nas desventuras* (res adversae). *— 15. Diz respeito ao mestre instruir pacientemente os seus discipulos. — 16. Os ricos costumam ser invejados pelos pobres. — 17. Themistocles invejou a gloria de Milciades. — 18. Favorecei, ó juizes, a innocencia. — 19. O menino acaricia* (blandior) *a mãe, a mãe o menino. — 20. Os homens bons são uteis a muitos, (não) prejudicam* (obsum) *a ninguem. — 21. Muitas cousas faltam* (desum) *aos pobres. — 22. Os commandantes indignaram-se* (irascor) *com os soldados cobardes* (ignavus). *— 23. Semiramis casou-se com Nino, rei dos Assyrios. — 24. A mór parte da mocidade, mas especialmente (a) dos nobres, favorecia os emprehendimentos de Catilina. — 25. Nós nunca invejaremos os ricos. — 26. Os ricos nunca serão invejados por nós. — 27. Mais frequentemente são invejadas as riquezas que a virtude. — 28. A mais bella obra do homem é ser util ao homem. — 29. Muitas vezes as riquezas não são uteis, mas (até) prejudicam os homens.*

126. EXERCICIO

1. Homines hominibus et prodesse et obesse plurimum possunt. — 2. Videndum est, primum ne obsit benignitas et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris, deinde ne major benignitas sit quam facultates, tum ut pro dignitate cuique tribuatur. — 3. Cicero Pompeio favit et in omnibus rebus potentiam ejus auxit. — 4. Multae res, judices, vestris animis pro hujus innocentis salute supplicant. — 5. Metello venienti thure, quasi deo supplicabatur. — 6. Mihi nunquam persuaderi potuit animos esse mortales. — 7. Omnes homines natura libertati student et condicionem servitutis oderunt. — 8. Brundusini, pompeianorum militum injuriis et ipsius Pompeii contumeliis permoti, Caesaris rebus favebant. — 9. Inerat Metello contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. — 10. M. Porcius Cato, censor cum Flacco factus,

severe praefuit ei potestati. — 11. Absit a vobis auri sacra fames; etenim nescio quid avaritia sit turpius, quid sit homine indignius. — 12. Nihil quieto et bono civi magis prodest quam abesse a civilibus controversiis. — 13. His omnibus negotiis pater tuus non interfuit solum, sed etiam praefuit. — 14. Quid hoc mihi profuit? Immo obfuit. — 15. Nihil periculo subest, si aliis magis prodes quam tibi. — 16. Officium est ejus qui praeest, iis, quibus praesit, prodesse.

127. EXERCICIO

(E. n. 271–273, pag. 269 — Gram. n. 286–288, pag. 230)

1. Athenienses consuluerunt Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent. — 2. Dii consulunt rebus humanis. — 3. A diis vitae hominum consuli et provideri manifestum est. — 4. Consulite vobis, prospicite patriae. — 5. Sapiens non modo, quod ante pedes est, videt, sed etiam illa, quae futura sunt, prospĭcit. — 6. Medicus morbum ingravescentem ratione provĭdet, insidias imperator, tempestas gubernator. — 7. Cum amicis omnia libenter communicamus. — 8. Cn. Marcius Coriolanus ad patriae moenia armatus accessit. — 9. Socrates sapientia omnes anteibat. — 10. Admiratione afficiuntur (*são admirados*) ii, qui anteire ceteris virtute putantur. — 11. Natura hominis pecudibus antecedit. — 12. Populus romanus antecessit fortitudine ceteras nationes. — 13. Helvetii ceteros Gallos virtute praecedunt. — 14. Pompeius expeditus antecesserat legiones. — 15. Zeuxis longe ceteris excellere pictoribus existimabatur. — 16. Bona existimatio divitiis praestat. — 17. Omnes participes sumus rationis qua antecellimus bestiis. — 18. Admirabile est quantum inter omnes oratores unus excellat Demosthenes. — 19. His malis nova accesserunt. — 20. Jam hostes urbi appropinquabant. — 21. Caesar tribunos militum monuit, ut signa in hostes inferrent. — 22. Bellovăci bellum populo romano intulerant. — 23. Consuli quidem te a Caesare scribis; sed ego tibi ab illo consuli mallem. — 24. Diligenter cavendae sunt quaedam familiaritates. — 25. Nulla re propius ad Deum homines accedunt, quam hominibus salutem dando.

128. EXERCICIO

1. Deus provê (consulo) *ao bem estar* (salus) *de todo o genero humano. — 2. As nações proximas de Roma temiam por si e pelos seus descendentes a grandeza daquella cidade. — 3. Cicero não temia tanto pela sua vida, quanto pela segurança* (salus) *do estado* (res publica). *— 4. Guarda-te dos inimigos e teme os falsos amigos. — 5. Leonidas oppoz* (oppono) *sua pessoa* (=se) *e os trezentos Espartanos ao innumero* (innumerabilis) *exercito dos Persas. — 6. Annibal levou* (infero) *a guerra á Italia. — 7. Cicero costumava communicar* (communico) *todos os seus planos a Pomponio Attico. — 8. Augusto acrescentou* (adjungo) *o Egypto ao imperio romano. — 9. A tua carta trouxe-me* (affero) *um grandissimo pezar* (molestia). *— 10. Foram-nos trazidas* (affero) *más* (tristis) *noticias* (nuntius) *do* (de) *nosso amigo. — 11. Timotheo, filho de Conon, acrescentou á gloria* (laus) *do pae a glo-*

ria da doutrina e do talento. — 12. Os Chaldeus superavam (antecello) *todos os outros povos no conhecimento dos astros. — 13. Os antigos Romanos superavam* (praesto) *na sciencia do direito todas as outras nações. — 14. A cidade* (civitas) *de Athenas* (=dos Athenienses) *superava* (praesto) *todas as outras pela antiguidade, pela civilisação* (humanitas) (*e*) *pela cultura* (doctrina) — *15. A Asia pela fertilidade do solo* (agri, orum) *supera* (antecello) *sem contradicção* (facile) *qualquer paiz* (terra).

DATIVO COMPLEMENTO DOS ADJECTIVOS

129. EXERCICIO

(*E. n. 274-275, pag. 270 — Gram. n. 289-290, pag. 231*)

1. Atticus non fortunae, sed hominibus solebat esse amicus. — 2. Nihil gratius, nihil acceptius Deo est, quam animus pius ac beneficiorum memor. — 3. Veritas plerisque molesta atque odiosa est. — 4. Q. Publilius dictator leges secundissimas plebi, adversas nobilitati tulit. — 5. Hiero Romanorum amicus (=*o amigo*) fuit. — 6. Livius Andronicus Ennii aequalis fuit. — 7. Libido virtutis inimica (*a inimiga*) habetur. — 8. Canis similis (=*é semelhante em parte*) est lupo. — 9. Dionysius tyrannus Neronis simillimus fuit (*foi semelhante em tudo a Nero, foi um segundo Nero*). — 10. Omni aetati mors est communis. — 11. Ubii proximi Rhenum incoluerunt. — 12. Cicero proxime Pompeium sedebat. — 13. Id eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. — 14. Nihil est unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos sumus. — 15. Sulpicii mors consentanea vitae fuit.— 16. Homo hic ad nullam rem utilis est. — 17. Asinus ad portandum idoneus est. — 18. Omne animal id appĕtit, quod est naturae accommodatum. — 19. Hic locus ad insidias aptus erat. — 20. Nihil tam pronum ad simultates quam aemulatio. — 21. Hoc est commune hominibus. — 22. Tullus Hostilius non solum proximo regi (Numae) dissimilis, sed ferocior etiam quam Romulus fuit. — 23. Ego profecto ad miserias natus sum. — 24. Ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur. — 25. Miltiades amicior omnium libertati, quam suae fuit dominationi. — 26. Belgae proximi sunt Germanis. — 27. Vos hortor, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. — 28. Cum statuissem aliquid ad te, fili mi, scribere, ab eo ordiri volui maxime, quod et aetati tuae esse aptissimum et auctoritati meae.— 29. Locus erat ad aciem instruendam opportunus atque idoneus. — 30. Proprius periculo fuerunt, qui vicerunt. — 31. Antiochus, si tam in gerendo bello consiliis Hannibalis parere voluisset, quam in suscipiendo instituerat, proprius Tiberi quam Thermopylis dimicasset. — 32. Publius Crassus cum legione septima proximus mare oceanum hiemarat.

130. EXERCICIO

1. Os cavallos são utilissimos aos agricultores. — 2. Os livros são inuteis para o homem ignorante (indoctus). *— 3. A agricultura é salutar* (salutaris) *para todo* (universus) *o genero humano* (=dos homens). *— 4. A guerra do Peloponeso* (adjectivo) *foi damnosa aos Gregos. — 5. A noite é opportuna ao somno. — 6. Seja a pena egual* (par) *ao crime. — 7. O aborrecimento está proximo* (finitimus) *dos maiores prazeres. — 8. Muito agradavel é o descanso aos homens cansados. — 9. Os alimentos são necessarios a todos os animaes. — 10. Nenhuma cousa é mais agradavel* (jucundus) *aos homens que a doçura* (suavitas)*do saber. — 11. Cesar foi contemporaneo* (aequalis) *de Cicero. — 12. Nada é mais semelhante á morte que o somno. — 13. Este jovem é o retrato* (similis *ou* simillimus) *do seu pae. — 14. O filho assemelha-se* (=é semelhante) *nisto ao pae. — 15. As horas matutinas são as mais idoneas para o trabalho. — 16. Aquelle homem é por natureza* (ablativo) *propenso á liberalidade.—17. O commandante dos inimigos collocou os seus soldados mais perto do monte. — 18. Muitos homens nasceram para as dôres e para as fadigas, muitos para os prazeres e para o ocio. — 19. Os Belgas são os mais proximos dos Germanos. — 20. A cavallaria dos inimigos estava mais proxima do monte (e) a infantaria do rio. — 21. Aquella paz foi damnosa á Italia não menos que a guerra. — 22. O homem deve ser amigo da verdade. — 23. Não ha cousa mais commum que o ar para os vivos, a terra para os mortos. — 24. A ninguem é difficil fazer isto.*

DATIVO DE INTERESSE

131. EXERCICIO

(*E. n. 276, pag. 271 — Gram. n. 291, pag. 232*)

1. Non solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, maximeque rei publicae. — 2. Charondas et Zaleucus leges civitatibus suis scripserunt. — 3. Quid ait nobis Laelius? — 4. Non nobis solis nati sumus, sed etiam patriae et civibus nostris. — 5. Cupio tibi omnia, quae vis. — 6. Admirabilis quidem et omni sane commendatione digna illa Ciceronis oratio est pro lege Manilia. — 7. Ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est; non modo enim id virtutis non est, sed est potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. — 8. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat: jam pridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus.

132. EXERCICIO

1. Epaminondas procurou o poder (imperium) *não para si, mas para a patria. — 2. E' nosso dever aprender não só para nós, mas tambem para os outros. — 3. Os velhos plantam* (sero) *as arvores*

não para si, mas para os (seus) descendentes (posteritas, sing.) — *4. Os jovens devem levantar-se* (assurgo) *á presença das pessoas mais velhas* (major natu). — *5. Que faz o nosso Paulo?* — *6. O avarento ajunta riquezas não para si, mas para os outros.* — *7. Vós deveis aprender não para a escola, mas para a vida.* — *8. Lycurgo compilou* (scribere) *as suas leis para a cidade.* — *9. O que aprendeis, o aprendeis para vós, não para mim.* — *10. Cicero diante dos juizes fallou em favor do poeta Archias.* — *11. Eu te desejo todo o bem.* — *12. Que nos diz Philippe com relação a isto?*

DATIVO DE POSSE

133. EXERCICIO

(*E. n. 277-278, pag. 372 — Gram. n. 292-293, pag. 232*)

1. Mihi sunt duo filii. — 2. Suus cuique mos est. — 3. Quo minus honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt. — 4. Nobis est cum multis et bonis viris amicitia. — 5. Liberis plerumque est cum patribus similitudo. — 6. Syracusis est fons aquae dulcis cui nomen est Arethusa. — 7. Attus Clausus Romam demigravit, cui postea Appio Claudio fuit nomen. — 8. Est mihi nomen Tullius. — 9. P. Cornelio Scipioni cognomen fuit Africanus. — 10. Tarquinio, postremo Romanorum regi, cognomen Superbo datum est. — 11. Puero Ascanium nomen parentes dixerant. — 12. Puero ab inopia Egerio inditum nomen est. — 13. Aegroto, dum anima est, spes esse dicitur. — 14. Inerat Metello contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum.

134. EXERCICIO

1. As aves têm duas azas. — *2. Quem não tem riquezas, inveja os ricos.* — *3. O leão tem uma força quasi incrivel.* — *4. Nós temos um corpo mortal (e) uma alma immortal.* — *5. Dizem que Attico não tinha inimizade a ninguem.* — *6. Clodio teve uma grande inimizade a Cicero.* — *7. Eu me chamo Primo, tu Segundo, elle Quinto.* — *8. O cavallo de Alexandre chamava-se Bucephalo* (Bucephălas, ae; *ou* us i, m.). — *9. Meu irmão chama-se Paulo.*

DUPLO DATIVO

135. EXERCICIO

(*E. n. 279, pag. 273 — Gram. n. 294, pag. 233*)

1. Mihi vehementer tua salus curae est. — 2. Spero homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, et quanto amori probitas et clementia. — 3. Nolito tibi laudi ducere, quod aliis vitio vertisti. — 4. Nemini meus adventus labori aut sumptui fuit.

— 5. Fabio laudi datum est quod pingeret. — 6. Hortensio, quod bello civili nunquam interfuisset, ignaviae tribuebatur. — 7. Mille Plataeenses Atheniensibus auxilio missi sunt. — 8. Pausanias, quos Bysantii ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit. — 9. Uvae vitibus decori sunt. — 10. Desidia adulescentulis vitio datur. — 11. T. Livius fuit gloriae maximae Patavinis. — 12. Celeritas Agesilai consilii saluti fuit universis Lacedaemoniis. — 13. Paucis temeritas est bono, multis est malo. — 14. Hoc est mihi solacio. — 15. Fortitudini fortuna quoque adjumento est. — 16. Tu id in me reprehendis, quod Metello laudi datum est hodieque est maximae gloriae. — 17. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero. — 18. Pericles agros suos dono rei publicae dedit. — 19. Caesar quinque cohortes, quas minus firmas ad dimicandum existimabat, castris praesidio reliquit. — 20. Timoleon Syracusanis auxilio erat missus. — 21. Intellegent homines quanto sit omnibus odio crudelitas et quanto amori probitas et clementia.

136. EXERCICIO

1. Muitas vezes as riquezas redundam em ruina dos homens. — 2. Este jovem foi sempre para o seu pae de grande auxilio nos perigos, de allivio nas fadigas, de alegria nas victorias. — 3. Aos bons cidadãos está muito a peito (magnae curae esse) *a prosperidade* (salus) *da patria. — 4. A riqueza foi a ruina* (exitium, dat.) *de muitos homens* (dat.). *— 5. A ambição e o luxo* (luxuria) *são muitas vezes de ruina para os estados* (civitas). *— 6. As leis de Lycurgo foram a salvação de Esparta. — 7. Nas desventuras* (malum) *as cartas dos amigos são-nos* (sum) *de grande conforto. — 8. A vossa diligencia* (studium), *ó jovens, será de honra para vós, de utilidade para os* (vossos) *amigos e de proveito* (emolumentum) *para a patria.*

ABLATIVO

ABLATIVO ABSOLUTO

137. EXERCICIO

(*E. n. 281–285, pag. 274. — Gram. n. 296–299, pag. 234*)

1. Quae potest esse jucunditas vitae, sublatis amicitiis? — 2. Germani, desperata expugnatione castrorum, trans Rhenum sese receperunt. — 3. Athenienses, non exspectato auxilio, in proelium egrediuntur. — 4. Equitibus vim hostium non sustinentibus Caesar castra movere coactus est. — 5. Puer, me invito, abiit. — 6. In te et in collega omnis spes est, diis approbantibus. — 7. Natura duce, errari nullo pacto potest. — 8. Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die. — 9. Confecto proelio, tum vero cerneres quanta vis animi fuisset in exercitu Catilinae. — 10. Exactis regibus, Romae nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiae

gerebatur.— 11. Vercingetorix, summae potentiae adulescens, convocatis suis clientibus, facile incendit (*em logar de: convocatos clientes incendit, cf. E. n. 282, obs. pag. 275 — Gram. n. 296, b, obs., pag. 234*). —12. Cognito ejus consilio, ad arma concurritur; magnisque coactis copiis, adversarios suos, a quibus paulo ante erat electus, expellit ex civitate. — 13. Regibus ejectis, consules creari coepti sunt. — 14. Quis potest, aut deserta per se patria aut oppressa, esse beatus? — 15. M. Porcius Cato, vivo quoque Scipione (*em logar de: vivi quoque Scipionis, [sem ejus]*), allatrare ejus magnitudinem solitus erat. — 16. Orgetorix, M. Messala et M. Pupio Pisone consulibus, regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit. — 17. Troiani, Aenea duce, profugi sedibus incertis vagabantur. — 18. Carthaginienses, prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique congestis augent vallum. — 19. Caninio consule, scito neminem prandisse, nihil, eo consule, mali factum esse. — 20. Sereno quoque caelo aliquando tonat. — 21. Quod Deo teste promiseris, id tenendum est. — 22. Caesar Hibērum copias trajecit, praemissis qui Gallorum animos donis conciliarent Alpiumque transitus specularentur.

138. EXERCICIO

1. Cyro, tendo subjugado a Asia, declarou guerra aos Scythas. — 2. Os inimigos, depois de terem passado o rio, fortificaram o acampamento. — 3. Augusto nasceu durante o consulado de Marco Tullio Cicero e de Marco Antonio. — 4. Isto foi feito contra a minha vontade. — 5. Na escola (magistra, ae, f.) *da pobreza aprendem-se as virtudes. — 6. Depois que as tropas foram reunidas, o commandante estabeleceu assaltar o acampamento dos inimigos. — 7. Diz-se que Xerxes, por conselho* (auctor) *dos magos, tinha incendiado os templos da Grecia. — 8. Ditas estas cousas, foi-se embora. — 9. Os Gregos, sob a chefia de Themistocles, venceram os Persas em Salamina. — 10. Com o auxilio da rainha, Gyges, pastor real, tornou-se rei da Lydia. — 11. Thrasybulo, vencidos os tyrannos, restituiu a liberdade á patria. — 12. Tornando Druso da Germania, todas as cohortes foram-lhe* (cf. E. n. 282, pag. 275 Gram. n. 296, b, pag. 234) *ao encontro.—13. Arengando Demosthenes em Athenas, todos o admiravam. — 14. Muitas e celebres façanhas na paz e na guerra foram realizadas durante o reinado de Romulo. — 15. Cesar, tendo ouvido que os Helvecios queriam passar* (iter facere) *pela nossa provincia, apressa-se* (em) *partir da cidade. — 16. Algumas populações são pobres porque descuidam* (=sendo descuidada) *a agricultura. — 17. Ainda quando tenha perdido tudo, o homem bom e sabio póde* (comtudo) *ser feliz.— 18. Com o auxilio de Deus, nós poderemos superar tambem esta difficuldade.*

139. EXERCICIO

1. Consul, statione equitum ad portam posita, edictoque, ut, quicumque ad vallum tenderet, pro hoste haberetur, fugientibus obstĭtit. — 2. Maximas virtutes jacere omnes necesse est, voluptate dominante. — 3. Quaenam sollicitudo vexaret impios, sublato suppliciorum metu? — 4. Arruns Tarquinius et Tullia minor junguntur

nuptiis, magis non prohibente Servio quam approbante. — 5. Miles, nomine Calusidius, strictum Germanico obtulit gladium, addito acutiorem esse. — 6. Egressis urbem Albanis, Romanus passim publica privataque omnia adaequat solo, unaque hora quadringentorum annorum opus excidio ac ruinis dedit. — 7. Canis languēre coepit, annis ingravantibus. — 8. Obscurato sole, tenebrae repente factae sunt. — 9. Exorto sole, castra hostium a duobus milibus passuum conspeximus. — 10 Lex Cassia lata est Scipione auctore. — 11. Mucius solus in castra Porsennae venit eumque interficere, proposita sibi morte, conatus est. — 12. L. Valerii virtute, regibus exterminatis, libertas in re publica constituta est. — 13. Propter magnitudinem rerum multa multi, imprudente Sulla, commiserunt.—14. Obvius fit Miloni Cladius expeditus, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis graecis comitibus. — 15. Nulla valetudinis habita ratione, celeriter profectus sum. — 16. Antonius, Caesare ignaro, magister equitum constitutus est. — 17. Nemo erit, qui credat, te invito, provinciam tibi (*em logar de: tibi invito. cf. E. n. 282, obs., pag. 275 — Gram. n. 296, b, obs., pag. 234*)esse decretam. — 18. Rex apum, nisi migraturo agmine (=*nisi cum agmen migraturum est. Cf. Gram. n. 297, a, obs. pag. 235*) non procedit foras. — 19. Antiochus Ephesi securus admodum de bello romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis.

Observações particulares sobre o uso de alguns substantivos

140. EXERCICIO

(*Gram. n. 300, pag. 237*)

1. Juvenes oleo corpora perunxerunt. — 2. Captivis capita sunt praecisa. — 3. Servitia (=*servi*) sileant. — 4. Tarquinius Priscus habitabat ad Jovis Statoris (*subentendido: templum*).—5. Hostes concĭdunt animis atque fugam quaerunt. — 6. Non viribus aut velocitatibus res magnae geruntur, sed consilio et auctoritate. — 7. Hostes terga verterunt. — 8. Lacedaemonii corpora juvenum firmari labore voluerunt. — 9. Semper boni assiduique domini tota villa locŭples est; abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, casĕo, melle. — 10. Pythagorei faba abstinebant.

141. EXERCICIO

1. O homem bom é amante da verdade e diz sempre a verdade. — *2. O corpo dos jovens se robustece com os exercicios* (exercitatio, onis, f.). — *3. O lago está repleto de peixe(s) e de concha(s).* — *4. O rei morreu no meio* (inter) *do(s) preparativo(s) da guerra.—5. Catilina procurava* (appĕto) *sobretudo a amizade* (familiaritas, plural) *dos jovens.* — *6. Os Assyrios observaram attentamente por muitos seculos o curso* (plural) *das estrellas.* — *7. Os augures entre os Romanos prediziam* (praedīco) *o futuro* (plural neutro) *pelo* (ex) *vôo* (plural) *e pelo canto* (plural) *das aves.* — *8. Frequentes vezes os homens dotados* (praeditus) *de maior talento* (plural) *cairam* (incĭdo) *no odio* (plural) *e na inveja* (plural) *dos* (seus) *concidadãos.*

SYNTAXE DOS ADJECTIVOS

142. EXERCICIO

(*E. n. 286–289, pag. 277 — Gram. n. 301–305, pag. 238*)

1. Improbi et avari non modo non copiosi ac divites, sed etiam inŏpes ac pauperes existimandi sunt.— 2. Stulti habendi ii sunt, qui malos sequi, quam bonos malunt. — 3. L. Furius Camillus, fortis vir ac vere Romanus, populi incitati vim iracundiamque subiit. — 4. Praeterita reprehendere poteris, non poteris corrigere. — 5. Licuit semperque licebit nova novarum rerum producere nomina. — 6. Primum disserendum est de honesto, tum de utili, post de comparatione eorum. — 7. Jam pridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus; quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur; eo res publica in extremo sita est. — 8. Is se in intimam Macedoniam abdidit. — 9. Penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas. — 10. Caesar in extremo ponte turrim constituit. — 11. Conon atheniensis extremo Peloponnesio bello praetor fuit. — 12. Dux in medio colle aciem instruxit. — 13. Solus sapiens nihil facit invitus, nihil dolens, nihil coactus. —14. Et in nostra civitate et in ceteris multis fortissimis atque optimis viris tales casus inciderunt. — 15. Honestum et utile pugnare aliquando videtur. — 16. Interest, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum. — 17. Voluptatem Epicurus summum bonum esse vult, summumque malum dolorem. — 18. Dialectica est ars bene disserendi et vera a falsis dijudicandi. — 19. Prudentia est rerum divinarum atque humanarum scientia. — 20. Summus mons a Labieno tenebatur. — 21. Caesar ab utroque latere collis fossam abduxit circiter passuum CD et ad extremas fossas castella constituit. — 22. Maximum bellum, quo omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hiĕme apparavit; ineunte vere suscepit, media aestate confecit.

143. EXERCICIO

1. Os bons cultivam a virtude. — 2. Deve-se evitar a leviandade de quem erra não só nas grandes, como tambem nas cousas pequenas. — 3. Todos os malvados são miseraveis. — 4. Todos os verdadeiros sabios põem o summo bem na virtude. — 5. Nós fomos coagidos a combater contra a nossa vontade. — 6. Meu pae no começo do outono partiu para a França e voltará para a Italia no fim do inverno. — 7. Todos os bons affligem-se (maereo) *pela morte* (interitus) *dos seus* (*queridos*). *— 8. Todos os sabios consentem que* (accusativo com o infinito) *a lingua grega e latina proveem* (fluo, infinito perfeito) *de* (ex) *uma mesma fonte. — 9. Frequentes vezes não é facil distinguir* (internosco) *a verdade* (verum) *do erro* (falsum). — *10. A amendoeira* (amygdălus, i, f.) *veste-se* (vestior, pass. exige o ablativo) *de flôres no começo* (primus) *da primavera.*

Comparativo e superlativo

144. EXERCICIO

(*E. n. 290-299, pag. 278 — Gram. n. 306-319, pag. 239*)

1. Marcello, viro optimo et homine multo doctiore, quam Manlius est, familiarissime utor. — 2. Ita sentio locupletiorem esse latinam linguam quam graecam. — 3. Patria mihi vita mea multo est carior. — 4. Quid est in homine ratione divinius? — 5. Est amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio; qua quidem nihil melius arbitror homini esse a diis immortalibus datum. — 6. Milites pulverem majorem, quam pro numero, excitabant. — 7. Caesar, quod a Bibracte, oppido Aeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat, rei frumentariae prospiciendum existimavit. — 8. Catilina disertus magis erat quam sapiens. — 9. Is vivebat multo liberius. — 10. Is vivebat paulo liberius. — 11. Aulum Fusium unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, tibi magnopere commendo. — 12. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat hanc meam commendationem maximum apud te pondus habuisse. — 13. Ex Britannis omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt. — 14. In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. — 15. Miltiades antiquitate generis et gloria majorum unus omnium maxime florebat. — 16. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetŏrix. — 17. Eloquentia res una est omnium difficillima. — 18. Socrates omnium Graecorum multo fuit sapientissimus. — 19. Paulli Aemilii contio fuit verior quam gratior populo. — 20. Cives bellum gesserunt cupidius quam felicius. — 21. M. Cato clarissimus vir fuit et prudentissimus. — 22. Jugurtha quam maximas potest copias armat. — 23. Caesar quam aequissimo loco potest (*no logar mais favoravel*) castra commūnit. — 24. Gratissimum mihi feceris, si ad me quam primum veneris. — 25. Tanta est inter nos, quanta maxima esse potest, morum studiorumque distantia. — 26. Tam sum mitis quam qui lenissimus (*subentendido: est*). — 27. Tam sum amicus rei publicae quam qui maxime (*subtendido: amicus est.*) — 28. Te semper sic colam et tuebor ut quem diligentissime (*subentendido: colam et tuebor*). — 29. Utor Caesare aequiore quam Pompeius. — 30. Da operam ut valeas; hoc mihi gratius facere nihil potes. — 31. Eo crassior aër est, quo terris proprior. — 32. Obscuriora sunt Datamis gesta pleraque. — 33. Tanto brevius omne tempus, quanto felicius est. — 34. Non plus quattuor milia hominum ex tanto exercitu effugerunt. — 35. Minus tribus medimnis nemo dedit. — 36. Amicus ille tuus disertus magis est quam sapiens. — 37. Non ego cum Dionysii vita, qua taetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis vitam comparabo.

145. EXERCICIO

1. Reli a Eneida de Virgilio, poeta muito maior que Ovidio. — 2. A natureza nos deu a razão, em confronto da qual nada ha no homem de mais divino. — 3. Os Campanos tinham commettido demasiada-

mente grandes crimes para que se lhes pudesse perdoar. — 4. A matança foi demasiado grande em comparação do numero dos combatentes. — 5. Pereceram naquella batalha não mais de dois mil. — 6. Tenho dois filhos: o maior chama-se João (Joannes, is), *o menor Francisco* (Franciscus, i.). *— 7. Tu vives uma vida um tanto livre. — 8. Hortensio de todos os oradores do seu tempo era sem comparação o primeiro e o mais eloquente. — 9. Eu te sou amigo como nenhum outro. — 10. Nós amavamos Philippe como nenhum outro. — 11. A grandeza do animo é a mais bella* (superlativo com: unus) *de todas as cousas. — 12. A segunda guerra punica foi a maior e a mais perigosa* (superlativo com: longe) *de todas as guerras feitas pelos Romanos* (=que os Romanos fizeram). *— 13. Tambem* (vel) *o sabio ás vezes erra. — 14. A Asia tornára* (facio) *os exercitos romanos mais ricos que valorosos* (fortis). *— 15. Tu procedeste* (ago) *com mais acrimonia que moderação* (dois adverbios). *— 16. Todos os teus planos* (consilium, ii, n.) *são-nos mais claros que a luz. — 17. Que autor podemos nós citar mais autorizado* (locŭples) *que Platão? — 18. As summas honras costumam ser mais esplendidas que agradaveis. — 19. Os soldados combateram mais de quatro horas. — 20. Os homens quanto mais têm, tanto mais desejam. — 21. Quanto maior (é) a culpa, tanto mais grave é a dôr. — 22. Eu nunca vi um jovem mais atrevido* (audax) *que o teu filho. — 23. Eu doarei este livro a teu irmão, (que é) muito mais diligente que tu. — 24. O cão é o mais fiel de todos os animaes. — 25. Até* (vel) *o mais sabio póde errar. — 26. Quanto mais os alumnos são diligentes, tanto mais serão louvados pelo mestre. — 27. Quanto mais moderarmos* (=moderaremos) *os nossos desejos, tanto mais viveremos felizes. — 28. O nosso mestre parece severo, mas, ao contrario, é manso e affavel como nenhum outro. — 29. A terra é muito menor que o sol, mas é muito maior que a lua. — 30. De todos os meus filhos Paulo é o mais jovem, Antonio o mais velho; aquelle tem quatro annos, este vinte. — 31. Meu irmão tem dois filhos, o mais jovem delles é amante do estudo, o mais velho do brinquedo.*

146. EXERCICIO

1. Romani quaedam bella fortius quam felicius gesserunt. — 2. Procellae quanto plus habent virium, tanto minus temporis. — 3. Hac re cognita, Caesar mittit complures equitum turmas eo de media nocte: iis imperat ut paulo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. — 4. Haec verba sunt Varronis, hominis doctioris quam fuit Claudius. — 5. Ego plus, quam feci, facere non possum. — 6. Nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia. — 7. Nihil est, ait Cicero, in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius sit. Itaque et Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, cogitare tamen possumus pulchriora. — 8. Caeduntur passim Hispani per tota castra, nec plus quam quattuor milia hominum effugerunt. — 9. Ad Sculennam flumen cum hostibus dimicatum est: quindecim milia caesa, plus septingenti aut in proelio aut in castris (nam ea quoque expugnata sunt)capti. — 10. Tam sum amicus rei publicae quam qui maxime. — 11.Ut quisque est sapientissimus, ita est modestissimus. — 12. Quo quisque sapientior est, eo modestior est. — 13. Caedes in

eo proelio minor quam victoria fuit, quia equestri tantummodo proelio certatum fuerat: non plus quinque milia occisa, minus dimidium ejus hominum captum est. — 14. Acies hostium aberat paulo plus quingentos passus. — 15. Dux castrametatus est latius quam pro copiis et plurimos ignes accendit. — 16. Aliter atque tu sentio. — 17. Peccasti eodem modo atque ego.

SYNTAXE DOS PRONOMES

§ I

PRONOMES PESSOAES

147. EXERCICIO

(*E. n. 300, pag. 283 — Gram. n. 320, pag. 245*)

1. Antonius se unum dilĭgit. — 2. Alexander cum interemisset Clitum familiarem suum, vix a se manus abstinuit. — 3. Sua cuique satis placebant. — 4. Bestiis homines uti ad utilitatem suam possunt sine injuria. — 5. Vir bonus injurias sibi illatas facile obliviscitur. — 6. Diceārchum cum Aristoxĕno, aequali et condiscipulo suo, omittamus. — 7. Mithridatem Tigranes excepit diffidentemque rebus suis confirmavit. — 8. Deforme est de se ipsum praedicare. — 9. Perventum ad suos erat. — 10. Scaevolam omnes amare pro ejus eximia suavitate debemus. — 11. Multi cives interfecti eorumque bona publicata sunt (*foram confiscados*). 12. Ariovistus Caesari respondit se prius in Galliam venisse, quam populum romanum. — 13. Helvetii, ubi de Caesaris adventu certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere.—14. A Caesare invitor ut sibi sim legatus. — 15. Hannibal Scipionem, eo ipso quod adversus se dux lectus esset, praestantem virum credebat. — 16. Themistocles domino navis, quis sit, aperit, multa pollĭcens, si se conservavisset. — 17. Deo nihil minus gratum est, quam non omnibus patere ad se placandum et colendam viam. — 18. Orgetŏrix civitati persuasit, ut finibus suis exirent.

148. EXERCICIO

1. Todo o homem ama a si mesmo. — 2. Nenhum animal prejudica a si mesmo. — 3. Camillo é querido (carus) *de todos pela amabilidade* (suavitas) *dos seus costumes. — 4. A sua propria mulher não póde remover Atilio do proposito de voltar a Carthago. — 5. Deixemos de um lado* (omitto) *Epicuro e os seus discipulos. — 6. E' proprio do homem sabio viver contente com a sua sorte. — 7. Todos odeiam o homem que* (=aquelle que=is qui — ou: ille qui, ou sómente: qui — e não: vir qui, homo qui) *ama só a si. — 8. Quinto Scevola, tendo pedido que se lhe mostrasse a herdade que tinha comprado, e isto tendo feito o vendedor, disse que ella valia mais e acrescentou cem mil sestercios. —9. Os Sicilianos pediam a Cicero que defendesse a causa*

delles contra Verres. — 10. Conheço Cicero e admiro o seu talento. — 11. Tiberio Graccho e o seu irmão foram mortos. — 12. Antonio retirou-se com os seus cavalleiros ao seu acampamento. — 13. Annibal antes da batalha exhortou os seus soldados a que (ut e subjunctivo) *se recordassem do seu (delles) antigo valor. — 14. Os inimigos, confiando no numero das suas tropas, desejavam combater. — 15. Eu amo Fabio pela sua summa humanidade. — 16. A justiça distribue a cada um o seu. — 17. Teu pae me disse porque* (cur) *aquella cousa lhe agradava pouco. — 18. Um livro bom é cousa preciosissima e as suas vantagens são immensas. — 19. Philippe, rei dos Macedonios, sitiou Bysancio, cidade nobre e maritima, que lhe fechava* (participio presente) *as portas.*

149. EXERCICIO

1. Sumptum supplicium est de Lentulo et sociis ejus. — 2. Oratio principis per quaestorem ejus audita est. — 3. Avidum saepe sua deludit aviditas. —4. Nocet sua cuique stultitia. —5. Justitia suum cuique tribuit. — 6. Sui cuique mores fingunt fortunam. — 7. Trahit sua quemque voluptas. — 8. Saepe majores vestri miseriti plebis romanae decretis suis inopiae ejus opitulati sunt.— 9. Templum vidi et ejus magnitudinem miratus sum. — 10. Oravit me pater ut ad se venirem. — 11. Appius, cum suis tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se consulem dicerent. — 12. Jugurtha legatos ad consulem mittit, qui ipsi liberisque vitam peterent. — 13. Homines suorum mortem eo lugent, quod eos orbatos vitae commodis arbitrantur.— 14. Non omnes senes possunt esse Scipiones aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesque pugnas, ut bella a se gesta triumphosque recordentur. —15. Lepidus ursit me et suis et Antonii litteris, ut legionem trigesimam mitterem sibi. — 16. Caesar graviter suos incusat, quid tandem vererentur aut quid de sua virtute aut de ipsius desperarent. — 17. Themistocles Atheniensibus persuasit, ut sibi salutem suam committerent. — 18. L. Caesar ut veniam ad se rogat. — 19. Aedui, se victis, ceteros incolumes fore negant. — 20. Quanta fuerit doctrina Aristotelis ex omnibus ejus operibus intellegi potest. — 21. Suus cuique locus erat definitus. — 22. Caesar Voluseno mandaverat, ut ad se quam primum reverteretur. — 23. Id ea de causa Caesar fecit, ne se hostes occupatum opprimerent.

Acção reciproca

150. EXERCICIO

(*E. n. 301, pag. 285 — Gram. n. 321, pag. 247*)

1. Controversias inter se milites habebant. — 2. Ingens certamen tribunis et inter se ipsos et cum consule fuit. — 3. Duo fratres alter alterum adjŭvant. — 4. Milites alius alium increpabant. — 5. Conjurati furtim inter se aspiciebant. — 6. Veri amici non solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. — 7. Hi

omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. — 8. Cum esset Caesar in citeriore Gallia in hibernis, crebri ad eum rumores afferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas contra populum romanum conjurare, obsidesque inter se dare. — 9. Homines inter se amare debent. — 10. Milites ad virtutem inter se cohortati sunt (*ou tambem: alius alium cohortati sunt*). — 11. Inter nos aspeximus (*ou: alius alium aspeximus, se se falla de mais dc dois — Alter alterum aspeximus, se se falla de dois — mas não se póde dizer: aspeximos nos inter nos*). — 12. Cives civibus parcere aequum est. — 13. Loquimur inter nos. — 14. Tu et ille cohortamini inter vos. — 15. Homines hominibus maxime utiles esse possunt. — 16. — Noxii ambo alter in alterum causam referunt. — 17. Homines alii aliis prodesse possunt. — 18. Conjurati inter se erant fidi, alius alii tanti facinoris conscii. — 19. Homines hominum causa sunt generati, ut inter se aliis alii prodesse possent.

151. EXERCICIO

1. Os meninos amam-se reciprocamente. — 2. Uma mão lava a outra. — 3. Muitas cousas são communs aos cidadãos entre si. — 4. Os bons alumnos amam-se mutuamente. — 5. Os bons irmãos ajudam-se reciprocamente. — 6. Os irmãos devem-se amar mutuamente. — 7. Aristides e Themistocles contrastaram entre si (contrasto com alguem = obtrecto alicui). — *8. Os pobres ajudam-se reciprocamente.*

---

§§ II — III

PRONOMES POSSESSIVOS — DEMONSTRATIVOS

152. EXERCICIO

(*E. n. 302–308, pag. 286 — Gram. n. 322–329, pag. 248*)

1. Patrem (*meu*) amisi. — 2. Patris (*de meu*) animum mihi reconciliasti. — 3. Deum oculis (*com os nossos*) cernere non possumus. — 4. Aetatem (*a minha*) in studio philosophiae consumpsi. — 5. Contentus ero nostra ipsorum amicitia. — 6. Vestra ipsorum causa hoc onus suscepi. — 7. Nostra ipsorum causa hoc non facimus. — 8. Meo ipsius pudore non nimis tuis ab hac injuria deterreor. — 9. Animi lineamenta sunt pulchriora quam corporis. — 10. Nulla est celeritas, quae possit cum animi celeritate contendere. — 11. Captivorum oratio convenit cum perfŭgis (= *cum oratione perfugarum, comparatio compendiaria*). — 12. Quae tam excellens virtus in ullis fuit, ut sit cum majoribus nostris comparanda (= *cum virtute majorum nostrorum*). — 13. Ego meo judicio stare malo quam omnium reliquorum. — 14. Compăro bona externa cum corporis. — 15. Morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. — 16. Animi virtus corporis virtuti anteponatur. — 17. Terentii fabulis magis delector quam Plauti (*ou: quam plautinis — ou: tambem: quam Plauto*). — 18. Vetus illud Catonis scitum est (= *é conhecido*) qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset.

— 19. Ego is sum, qui nihil unquam mea potius quam meorum civium causa facerim. — 20. Non te puto eum esse, qui Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopes in Aetna putes.—21. Meam ipse rem neglego. — 22. Junius necem sibi ipse conscivit. — 23. Non egeo medicina, me ipse consolor. — 24. Se ipsi omnes natura diligunt. — 25. Cato Uticae mortem sibi ipse conscivit. — 26. Thebis in templo Herculis valvae repagulis clausae se ipsae aperuerunt. — 27. Eadem utilitatis quae honestitatis est regula. — 28. Ex quo efficitur (*donde deriva*) ut, quidquid honestum sit, idem sit utile. — 29. Quidquid honestum est, idem est utile.

153. EXERCICIO

1. Eu comparo a tua vida com a de Fabricio. — 2. Grande é a força da benevolencia, debil a do temor. — 3. Quem póde sem grande affronta (contumelia) *comparar a vida de Trebonio com a de Dolabella? — 4. Devemos obedecer antes aos preceitos de Deus que aos dos homens. — 5. Os costumes dos Romanos eram em muitas cousas differentes dos dos Gregos. — 6. O Rheno divide o territorio dos Helvecios do dos Germanos. — 7. Eu leio mais de bôa mente as elegias de Tibullo que as de Ovidio. — 8. Quem póde comparar* (conferŏ) *a vida de Cicero com a de Clodio? — 9. Eu não sou tal que me possa consolar por mim. — 10. A virtude é desejavel por si mesma. — 11. Quem alguma vez* (unquam) *pôde odiar a si mesmo? — 12. O que é verdadeiramente bello, é tambem* (idem) *honesto. — 13. Muitos são ricos e* (são) *comtudo* (idem), *infelizes* (miseri). *— 14. Os elephantes são muito expertos e tambem* (idem) *muito doceis. — 15. Recommendo-te grandemente Antonio, meu grande amigo e ao mesmo tempo homem doutissimo.*

---

§§ IV — V

PRONOMES RELATIVOS — INDEFINITOS

E

Particularidades syntacticas da lingua latina (*)

154. EXERCICIO

(*E. n. 309–318, pag. 288 — Gram. n. 330–344, pag. 250 e n. 351–354, pag. 256*)

1. Maximum ornamentum amicitiae tollit, qui (*is, qui*) ex ea tollit verecundiam. — 2. Terra quod (*id, quod*) accepit, nunquam sine usura reddit. — 3. Tu eosdem libros legis atque ego. — 4. In liberis populis exercenda est facilitas et lenitudo animi quae dicitur. — 5. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis. — 6. Facile, quae tua est prudentia (*ou tambem: qua pru-*

(*) Omittimos os exercicios com relação á syntaxe dos numeros (E. n. 319 - 324, pag. 291 — Gram. n. 345 - 350, pag. 254), pois este ponto tratamol-o amplamente no primeiro livro destes mesmos exercicios: *A Morphologia latina*, exercicios 73 - 81, pag. 51 - 56.

dentia es), quid optimum factu sit, videbis. — 7. Si quisquam sapiens fuit, is certe fuit Socrates. — 8. Italiam sine aliquo vulnere cepit. — 9. Quae potest spes esse in ea re publica in qua nec leges ullae sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis? — 10. Laudati pro contione omnes sunt, donatique pro merito quisque. — 11. Non omnia omnibus tribuenda sunt, sed suum cuique. — 12. Ex variis ingeniis (*escriptores*) excellentissima quaeque libavimus. — 13. Non omnibus annis, sed quinto quoque anno hoc fit. — 14. Quod cuique obtĭgit, id quisque teneat. — 15. Colendus est ita quisque maxime, ut quisque maxime virtutibus erit ornatus. — 16. Sibi quisque maxime consulit. — 17. Ex philosophis optimus et gravissimus quisque confitetur multa se ignorare. — 18. Optimum quidque rarissimum est. — 19. Optimus quisque maxime posteritati servit. — 20. Quinto quoque anno Sicilia censetur. — 21. Metellus tertio quoque verbo orationis me appellabat. — 22. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. — 23. Alii ad alia negotia sunt aptiores. — 24. Alii aliter vivunt. — 25. Aliud aliis videtur optimum. — 26. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. — 27. Erant in romana juventute adulescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, aequales sodalesque adulescentium Tarquinorum, assueti more regio vivere. — 28. Negotium magnum est navigare, atque id mense quintili. — 29. De nostra possessione depulsi, in parvo et eo litigioso praediŏlo relicti fuimus. — 30. Homo memoriam habet eamque (*tambem: et eam — ou: atque eam quidem*) infinitam. — 31. Bellum ita suscipiatur ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur. — 32. Virtus nihil aliud est quam in se perfecta natura.

155. EXERCICIO

1. Nem sempre são felizes aquelles que possuem (habeo) *as maiores riquezas. — 2. São ricos aquelles que são providos de doutrina e de virtude. — 3. Os paes não approvaram o que os filhos disseram. — 4. A vossa assim chamada vida é morte. — 5. Prudente como és, verás qual é a cousa melhor a fazer-se* (supino passivo). — *6. O commandante alimentava-se do mesmo pão que os soldados. — 7. As mães choravam os filhos sem alguma esperança de os salvar. — 8. Os chefes dos conjurados não mereciam compaixão. — 9. Toda cousa optima é rara. — 10. Quanto mais uma cousa é bonita, tanto mais ella é rara. — 11. Os jogos Pythios celebravam-se primeiramente* (primo) *de oito em oito annos. — 12. Os melhores* (superlativo com: quisque) *são muitissimo* (maxime) *attrahidos pelo amor da gloria. — 13. A uns parece optima uma cousa, a outros outra. — 14. Eu tenho dois servos: mas um, por uma causa, outro, por outra, estão sempre doentes. — 15. Tu fallas com um de um modo, com outro de outro. — 16. Uns vivem de um modo, outros de outro. — 17. Conheci um homem muitissimo sabio e isto* (idque) *desde menino. — 18. A uns desagrada uma cousa, a outros outra. — 19. Conheci Crasso dedicado* (intentus alicui rei) *aos estudos e isto* (idque) *desde menino. — 20. Mais o amavam que o imitavam.*

SYNTAXE DO VERBO

VOZES — MODOS — TEMPOS

§ I

VOZES

156. EXERCICIO

(*E. n. 325-327, pag. 293 — Gram. n. 355-357, pag. 256*)

1. Pompeius Canusio moverat VIII Kal. Febr. — 2. Clamores exaudito, dat tuba signum suis Vercingetŏrix atque ex oppido educit. — 3. Nos eo die cenati solvimus. — 4. Naves ex portu leni vento solverunt. — 5. Velim quam primum bona et certa tempestate (*tempo*) conscendas ad meque venias. — 6. C. Curio in Africam profectus ex Sicilia appulit ad eum locum qui appellatur Anquilaria. — 7. Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis; quem qui audiunt, intellegere etiam et sapere plus quam ceteros arbitrantur. — 8. Quid de pratorum viriditate aut arborum ordinibus plura dicam? Brevi praecidam: agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius nec specie ornatius. — 9. Quonam haec modo gesta sunt? Repĕtam paulo altius, judices, et omnia sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. — 10. Quis non dolet interitum talis civis et viri? — 11. Te vicini metuunt affines erubescunt. — 12. Gladiator ille sanguinem nostrum sitiebat. — 13. Faciem Fannii considerate: nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrāsa olēre malitiam et clamitare crudelitatem videntur?

157. EXERCICIO

1. Ao raiar do dia (prima luce) *Pompeu levantou* (o acampamento). — *2. Annibal, tendo partido do acampamento de inverno* (hiberna, orum), *approximou-se* (*com o seu exercito*) *da Etruria.* — *3. Cesar vendo* (nanciscor, participio perfeito) *o tempo favoravel* (tempestas idonea) *pouco depois de meia noite zarpou* (solvo). — *4. Eneas, expulso da sua patria, depois de uma longa* (diuturnus) *viagem, aportou* (appello), *á foz* (ostia, orum, n.) *do Tibre.* — *5. Atalha o discurso* (*e*) *estabelece* (statuo) *afinal* (aliquando) *alguma cousa.* — *6. Ovidio chora numa affectuosa elegia* (versus molles, ablativo sem prep.) *a morte de Tibullo.* — *7. Pytheas* (Pythĕas, ae), *orador atheniense, costumava dizer que* (accusativo com o infinito) *as orações de Demosthenes tinham o cheiro* (oleo) *de candeia* (lucerna, ae), *porque* (quod com o subjunctivo) *as escrevia* (scriptito) *de noite.* — *8. Esta noite tive um bellissimo sonho.* — *9. A vida que nós vivemos é cheia de miserias* (miseria, arum). — *10. Quem é servo* (servio) *dos prazeres, serve a mais miseravel* (miser) *das servidões.*

158. EXERCICIO

(*E. n. 328–329, pag. 295 — Gram. n. 358–359, pag. 258*)

1. Equis maxime Galli delectabantur. — 2. Suevi lavabantur in fluminibus. — 3. Pares cum paribus facillime congregatur. — 4. Vera gloria radices agit atque etiam propagatur. — 5. Aër movetur nobiscum; quacumque movemur, videtur quasi locum dare et cedere (*retirar-se para fazer logar*). — 6. Epaminondas exercebatur plurimum luctando, correndo. — 7. Stellae tum occultantur, tum rursus aperiuntur. — 8. Ut primum occasio data est, meo more rem publicam defendi. — 9. Delectabimus nos cum musis. — 10. Pueri aequalibus delectantur, libenterque se cum his congrĕgant. — 11. Auster in Africum se vertit. — 12. Terra circum axem se summa celeritate convertit et torquet. — 13. Fieri partĭceps alieni sceleris invitus cogor. — 14. Opinionibus vulgi rapimur in errorem.

159. EXERCICIO

1. Que cousa é mais (tam) *absurda* (absurdus) *que se deleitar* (delector) *em cousas vãs, como o vestido e o culto da pessoa* (corpus), (*e*) *não achar nenhum deleite* (admodum delector) *em ter o animo* (=do animo) *dotado de virtudes? — 2. A terra se move ao redor do sol. — 3. Os Romanos costumavam banhar-se* (lavor) *antes do jantar. — 4. Pelas continuas* (creber) *invasões* (incursio) *dos barbaros augmentaram* (augeor) *e se alargaram* (propagor) *as calamidades da Italia. — 5. O Fibreno, riosinho do Lacio, lança-se* (praecipĭto) *no Garilhano* (Liris, is, acc, im e em). — *6. Muitos deixam-se levar* (deixar-se levar=feror) *pela corrente popular* (judicium multitudinis) *e approvam certas cousas que ao vulgo parecem bôas, mas que não* (*o*) *são. — 7. Cesar deixou-se levar* (moveor) *pelos pedidos do Senado para* (ut e o imperfeito do subjunctivo) *perdoar* (ignosco) *a Marco Marcello, seu terrivel* (acerrimus) *inimigo.*

160. EXERCICIO

(*E. n. 330, pag. 295 — Gram. n. 360, pag. 258*)

1. A gloria costuma ser acompanhada pela inveja. — 2. Demosthenes foi imitado por Cicero, Homero por Virgilio — 3. Os sonhos eram interpretados pelos magos. — 4. Por todos é admirada a firmeza (fortitudo) *e a lealdade* (fides) *de Atilio Regulo. — 5. A vergonha é seguida* (consequor) *pelo rubor, o medo* (terror) *pela pallidez e pelo tremor* (tremor). — *6. Pelos antigos e em particular* (in primis) *por* (*Santo*) *Agostinho muito foi admirada a philosophia platonica. — 7. A diligencia das abelhas é admirada e imitada pelos meninos diligentes. — 8. O imperador Tiberio era odiado por todos. — 9. Grandes riquezas foram promettidas por Catilina a muitos jovens. — 10. Os audazes são favorecidos pela fortuna mais que os modestos.*

161. EXERCICIO

(*E. n. 331-333, pag. 296 — Gram. n. 361-363, pag. 259*)

1. Temperantia recte frugalitas appellari potest. — 2. Tribunorum militum et centurionum praesentia coërceri milites et in officio contineri solent. — 3. Hic quantum in bello fortuna possit et quantos afferat casus cognosci potuit. — 4. Apud Romanos male rem gerentibus patribus interdici solebat. — 5. Pugnatum ab hostibus est acriter, ut a viris fortibus in extrema spe salutis pugnari debuit. — 6. Athenis primum monumentis et litteris oratio, est coepta mandari (*conservar memoria por meio da escriptura*). — 7. Ciceronis aetate veteres orationes a plerisque legi erant desĭtae. — 8. Postquam armis disceptari coeptum est de jure publico, nihil actum est cum dignitate.—9. Recte jam pridem contra Aristōnem et Pyrrhonem desitum est disputari. — 10. Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo patravit, magnus et clarus antea, maior et clarior haberi coepit. — 11. Per Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus. — 12. Cum Timotheus esset magno natu et magistratus gerere desisset, bello Athenienses undĭque premi sunt coepti. — 13. Sub Istrici finem belli apud Ligures concilia, de bello haberi coepit. — 14. Coepti sunt a praecone renuntiari, quem quaeque tribus fecerint aedilem. — 15. Conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt.—16. Ante petita est pecunia quam esset coepta deberi. — 17. Vasa fictilia in naves conjĭci coepta sunt. — 18. Pons institui coeptus est. — 19. Desiderari coepta est diligentia Epaminondae.

162. EXERCICIO

1. Nunca se poderá louvar bastante (satis digne) *o estudo da historia. — 2. Muitos rios não se costumam passar* (transeo) *a vau* (ablativo) *antes do outono. — 3. Devemos estar* (=ser) *persuadidos de que as riquezas, as honras* (*e*) *a gloria são cousas frageis e caducas* (fluxus). *— 4. Não se póde duvidar que* (quin) *a agricultura seja salutar para todo o genero humano. — 5. Nunca* (unquam) *se deixou em nenhum tempo de lêr e de louvar os poemas de Homero e de Virgilio. — 6. Depois que se começou a cultivar a terra, os homens começaram a despojar-se* (exuo aliquid) *da barbarie. — 7. Depois das guerras persas começou a augmentar* (augeor) *desmedidamente* (incredibile quantum) *o poder* (opes, um) *dos Athenienses. — 8. Tu cessaste de ser bom, quando começaste a frequentar* (utor) *aquelle jovem. — 9. Desde muitos annos cessaram de lêr nas escolas as obras poeticas de muitos celebres autores latinos.*

§ II

MODOS

INDICATIVO

163. EXERCICIO

(*E. n. 334-335, pag. 297 — Gram. n. 364-365, pag. 259*)

1. Possum dicere, sed nolo esse longus. — 2. Perturbationes animorum poteram morbos appellare. — 3. Catilina erupit e Senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat. — 4. Magnum est omnes enumerare philosophos. — 5. Quanto melius fuerat promissum patris non esse servatum.— 6. Te tam mobili in me meosque esse animo non sperabam. — 7. Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis jam pridem oportebat. — 8. Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi romani. — 9. Is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, is est sapiens. — 10. Homines benevolos, qualescumque sunt, turpe est afficere contumelia. — 11. Virtutem qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur. — 12. Totum hoc, quantumcumque est, totum est, inquam, tuum. — 13. Sive habes quid, sive nihil habes, scribe tamen aliquid. — 14. Mala consuetudo contra deos disputandi, sive ex animo id fit, sive simulate. — 15. Quocumque aspexisti, ut furiae, sic tuae tibi occurrunt injuriae quae te respirare non sinunt. — 16. Quidquid est laudabile, idem et beatum et florens et expetendum videri debet. — 17. Sive habes aliquam spem de republica, sive desperas, vir constans et fortis esse non desĭnes.—18. Multa ejusmodi proferre possum. — 19. Non nasci homini longe optimum est. — 20. Eo, unde discedere non oportuit, revertamur. — 21. Longum est mulorum persequi (*enumerar*) utilitates et asinorum. — 22. Si homines rationem bono consilio a diis immortalibus datam in fraudem malitiamque convertunt, non dari illam quam dari humano generi melius fuit. — 23. Aequius fuerat patrem, ut prius filio introierat, sic prius exire de vita. — 24. Magnum in re publica versari furorem, et nova quaedam parari et concitari mala jam pridem videbam, sed tam exitiosam conjurationem factam esse a civibus nunquam sperabam. — 25. Quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, caeleste et divinum sit necesse est.

164. EXERCICIO

1. Teria sido necessario fazer menção daquelles que de uma posição baixa se levantaram ás honras mais altas. — 2. Vós tendes injuriado alguem que terieis devido reverenciar como pae. — 3. Seria muito longo recordar todas as victorias de Cesar. — 4. Vão mal as cousas, quando se tenta com o dinheiro o que se deveria conseguir com a virtude. — 5. Desde muito eu sabia que se me preparavam novas injustiças, mas nunca teria esperado que tão grande fosse a maldade dos homens. — 6. Nunca teria crido que os meus alumnos tivessem esquecido os meus ensinamentos. — 7. Nenhuma nação (res publica),

por grande que seja, póde durar longo tempo, se não é dirigida por bôas leis e instituições. — 8. Seguirei, como sempre fiz, a razão para onde quer que ella me leve. — 9. Os bons cidadãos nunca deixaram de fazer bem á propria patria, quer sejam louvados (futuro perfeito), *quer vituperados. — 10. Para qualquer cousa que queiraes fazer, lembrae-vos de que é necessario uma diligente preparação. — 11. Qualquer cousa que tu faças, faze-a cautamente* (caute) *e com diligencia* (adverbio). *— 12. Seja qual fôr o modo em que está a cousa, tu não me pareces estar isento* (vaco aliqua re) *de culpa.*

SUBJUNCTIVO

1) SUBJUNCTIVO POTENCIAL

165. EXERCICIO

(*E. n. 337-338, pag. 299 — Gram. n. 367-368, pag. 261*)

1. Hic quaerat quispiam, cujusnam causa (*para quem, para beneficio de quem*) tantarum rerum molitio facta sit. — 2. Reperias multos, quibus periculosa et calida consilia (*resoluções perigosas e repentinas*) quietis et cogitatis et splendidiora et majora videantur. — 3. Mori nemo sapiens miserum dixerit.— 4. — Maesti milites, crederes victos in castra redierunt. — 5. Catilina utrum pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres. — 6. Hoc sine ulla dubitatione confirmaverim, eloquentiam rem unam esse omnium difficillimam. — 7. Non mehercule tibi repromittere istuc quidem ausim. — 8. Forsitan in suscipienda causa temere impulsus adulescentia fecerim. — 9. Hic quaerat quispiam, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant. — 10. Ego ipse cum Platone non invitus erraverim. — 11. Oratores vel praecipue latinam eloquentiam parem facere graecae possunt. Nam Ciceronem cuicumque Graecorum fortiter opposuerim. — 12. Confecto proelio, tum vero cerneres quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinae .Nam fere quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. — 13. Procuratores Verris canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia.— 14. Forsitan quispiam dixerit me jure damnatum esse. — 15. Roges me, curtam sero advenerim. — 16. Ut corpora nostra lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia oppresseris (*opprimirias*) facilius quam revocaveris.

166. EXERCICIO

1. Alguem aqui poderia dizer que a saude se deve estimar mais que as riquezas. — 2. Destes bens eu desejaria ser sempre pauperrimo. — 3. Póde ser que alguem me pergunte se para formar o poeta

póde mais a natureza que o estudo. — 4. Nenhum homem bom affirmaria que não é cousa torpe fallar de um modo e pensar de outro. — 5. Crer-se-ia que no somno a alma se recorda das cousas passadas. — 6. Aquella eu teria chamado audacia antes que fortaleza. — 7. Dir-se-ia que a maior parte seja em modo particular devotada (inservire alicui) *áquelle de quem espera muitissimo. — 8. Terminada a batalha teria visto o terreno juncado de cadaveres. — 9. Talvez alguem diria que a ti a velhice parece mais toleravel por causa das tuas riquezas. — 10. Terias dito que os cidadãos tinham enlouquecido.*

2) SUBJUNCTIVO OPTATIVO

167. EXERCICIO

(*E. n. 339, pag. 300 — Gram. n. 369, pag. 262*)

1. Stet Capitolium fulgens et possit Roma ferox omnibus gentibus jura dare. — 2. Utinam pater vivat. — 3. Utinam pater viveret. — 4. Utinam quietis temporibus haec inter nos studia exercere possemus! — 5. Utinam ne nimis vitae cupidi fuissemus! — 6. Utinam res publica stetisset quo coeperat statu, nec in homines non tam commutandarum quam evertendarum rerum cupidos incidisset! — 7. Utinam istam calliditatem hominibus dii ne dedissent. — 8. Valetudinem tuam velim cures diligenter. — 9. Cuperem vultum videre tuum, cum haec legeres. — 10. Peream, nisi sollicitus sim. — 11. Interem, si novi civilia jura. — 12. Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio.—13. Sollicitat, ita vivam, me tua, Tiro, valetudo; sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. — 14. Valeant cives mei; sint incolumes, sint beati. — 15. Nolim ita existimes, me mei praesidii causa cum Pompeio esse conjunctum.—16. Vellem adesse posset Panaetius. — 17. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti Pompeium quanti Brutum facerem. — 18. Ita vivam, ut maximos sumptus facio. —19. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. — 20. Hoc dii bene vertant. — 21. Utinam Catilina omnes secum suas copias eduxisset. — 22. Utinam ego tertius vobis amicus adscriberer.

168. EXERCICIO

1. Afaste Deus (averto) *este agouro. — 2. Possas tu viver e gozar longamente deste descanso que* (te) *procuraste com o assiduo e honesto trabalho. — 3. Pudera eu guardar moderação tanto na prospera como na contraria fortuna. — 4. Oh! vivesse Virgilio, minha delicia. — 5. Praza a Deus que os nossos soldados tenham vencido* (julga-se possivel a victoria). — *6. Quizera que os homens tivessem sempre diante dos olhos* (habere in promptu) *quanto a natureza delles é superior á dos outros animaes. — 7. Quizera ser Diogenes. — 8. Oxalá vivesse* (*ainda*) *meu pae* (não sei se o meu pae ainda vive). — *9. Os que tinham conjurado contra a vida de Cesar* (conjuro de aliquo interficiendo) *tinham escripto sob a estatua de Lucio Bruto, aquelle que tinha expulso os reis, estas palavras: Oxalá tu vivesses. — 10. Possa eu não vêr*

aquelle dia (*em*) *que* (cum) *se ateie* (exardesco) *na nossa patria a guerra civil.* — *11. Quizera que tu me escrevesses quando antes.* — *12. Possa eu morrer* (moriar, inteream, ne vivam, ne sim salvus), *se não te amo mais do que a mim mesmo.* — *13. Quizera Deus que vós, ó juizes, julgasseis rectamente.* — *14. Quizera saber de ti estas cousas.* — *15. Não quizera que tu partisses.*

3) SUBJUNCTIVO DUBITATIVO — INTERROGATIVO

169. EXERCICIO

(*E. n. 340, pag. 301 — Gram. n. 370, pag. 263*)

1. Cur C. Cornelium non defenderem? — 2. Eloquar an sileam? — 3. Quid agam, judices? Quo accusationis meae rationem conferam? Quo me vertam? — 4. Hunc ego non omni ratione defendendum putem? — 5. Haec cum viderem, quid agerem, judices? Contenderem contra tribunum plebis? — 6. Caesar in eam spem venerat, se sine pugna rem conficere posse: cur fortuna periclitaretur? — 7. Ego tibi irascerer, mi frater? Tibi ego possem irasci? — 8. Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? — 9. Quid loquar de re militari, in qua cum virtute multum nostri valuerunt, tum plus etiam disciplina? — 10. O me perditum, o afflictum! quid nunc rogem te, ut venias? quid plura dicam loquar, commemorem? — 11. Non ego illi argentum redderem? — 12. Quid hoc homine faciatis? Aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal (=*um homem tão bestial*) reservetis? — 13. Quid enumerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? — 14. Quis dubitet quin in virtute divitiae sint? — 15. Poterat Sextilius impune negare; quis enim redargueret (*quem teria podido desmentil-o*)? — 16. Hoc tantum bellum quis unquam arbitraretur (*teria pensado*) ab uno imperatore confici posse?

170. EXERCICIO

1. Que deveria ter feito? — *2. O arauto perguntou: devo annunciar paz ou guerra?* — *3. Que fazer deste jovem?* — *4. Que fazer? Que dizer? Para onde me hei de voltar?* — *5. Quem não se commoveria á narração de um caso tão piedoso?* — *6. Quem não se teria commovido com a morte de Virgilio?* — *7. Um homem só, um assassino* (gladiator) *furioso como uma corja* (manus) *de infames* (taeterrimus) *ladrões faz guerra contra a patria: nós que faremos? Cederemos a este? Ouvil-o-emos ditar os pactos* (=ouviremos os pactos delle)? — *8. Os rochedos* (saxum) *e as solidões respondem* (respondeo) *ás vozes dos cantores, as feras mais selvagens param* (consisto) *ás vezes e amansam-se* (mollio) *com os sons musicaes* (cantus, singular); (*e*) *nós, educados* (institutus aliqua re) *nas artes mais nobres* (optimus), *não nos commoveremos ás melodias da poesia* (poetarum vox)? — *9. Ninguem prestou fé ás palavras de Sextilio; quem pois teria podido crêr em quem foi muitas vezes perjuro* (perjurare, perjurar)?— 10. *Que homem bom hesitaria* (dubito com o infinito) *em encontrar a morte* (mortem oppĕto) *pela salvação da patria?* — *11. Quem poderia duvidar que* (quin) *a saude deve-se apreciar mais que as riquezas?*

4) SUBJUNCTIVO EXHORTATIVO

171. EXERCICIO

(*E. n. 341, pag. 301 — Gram. n. 371, pag. 263*)

1. Ad rationis normam vitam moresque dirigamus. — 2.In rebus prosperis superbiam arrogantiamque summo opere fugiamus. — 3. Meminerimus caelestia semper esse spectanda, humana contemnenda. — 4. Teneamus eum cursum, qui semper fuit optimus cujusque, neque ea signa audiamus, quae receptui canunt. — 5. Praesentes fructus neglegamus, posteritatis gloriae serviamus. — 6. Ne recedamus a legibus, neve voluptates consectemur. — 7. Suum quisque noscat ingenium acremque se et bonorum et vitiorum suorum praebeat judicem. — 8. Sic injurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. — 9. Si est spes nostri reditus, eam confirmes et rem adjŭves. — 10. Videant consules, ne quid res publica detrimenti capiat. — 11. Qui dedit, beneficium taceat; narret qui accepit. — 12. Sic cum inferiore vivas, quem ad modum tecum superiorem velles vivere. — 13. Secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque, quid de re publica sentiat. — 14. Oderint, dum metuant. — 15. Ne transieris Hibērum, ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. — 16. Cautus sis, mi Tiro.

172. EXERCICIO

1. Imitemos os nossos antepassados; amemos a virtude; guardemos a fé. — 2. Os moços respeitem os velhos, e entre estes escolham (deligere ex e não: inter) *os melhores e os mais estimados.— 3. Toma, ó meu filho, por guia a natureza e fica longe de toda a perturbação e desanimo* (exanimatio). — *4. Não faças nada por amor do dinheiro, que é cousa indigna do homem; e nunca te deixes vencer pela ira, que é uma breve loucura. — 5. Fujamos das cousas torpes e sigamos as bellas. — 6. Ninguem tema a morte, (que é) o termo das fadigas. — 7. Imitemos aquelles illustres personagens que com a virtude e com o sangue tornaram grande e gloriosa* (augeo) *a nossa patria; guiemos conforme a razão a nossa vida,* (ad rationis normam dirigo), *desprezemos as commodidades presentes, cogitemos* (specto aliquid) *na posteridade e na gloria. — 8. Appliquemo-nos* (elaboro in aliqua re) *áquellas cousas, para* (ad) *as quaes chamou-nos a natureza* (nascor).

---

5) SUBJUNCTIVO CONCESSIVO

173. EXERCICIO

(*E. n. 342, pag. 302 — Gram. n. 372, pag. 264*)

1. Fruatur sane Gabinius hoc solacio. — 2. Vendat aedes vir bonus propter aliqua vitia, quae ipse norit, ceteri ignorent; pestilentes sint et habeantur salubres; ignoretur in omnibus cubilibus

apparere serpentes; male materiatae sint, ruinosae, sed hoc praeter dominum nemo sciat: quaero si haec emptoribus venditor non dixerit, num injuste aut improbe fecerit. — 3. Ne sint in senectute vires: ne postulantur quidem vires a senectute. — 4. Si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult, is orator erit, mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecumque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composite et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate. Hoc cuipiam fortasse nimis infinitum videbitur. Videatur sane; sed, mea quidem sententia, nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. — 5. Malus civis, improbus consul, seditiosus homo Carbo fuit. Fuerit aliis: tibi quando esse coepit?

174. EXERCICIO

1. Embora tenhas sido sabio, prudente, não foste misericordioso. — 2. Embora seja douto e sabio, é muito soberbo. — 3. Embora tenha sido justo, foi muito severo. — 4. Embora se occulte uma acção torpe, comtudo, o que é torpe nunca se poderá tornar honesto. — 5. Comquanto toda a virtude nos attraia a si, comtudo, principalmente a justiça e a liberdade exercem esta força. — 6. Defenda embora cada um as proprias opiniões (o que pensa), *pois os juizes são livres, eu seguirei constantemente os meus principios* (institutum teneo).

IMPERATIVO

175. EXERCICIO

(*E. n. 343-344, pag. 302 — Gram. n. 373-374, pag. 264*)

1. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu; in exsilium proficiscere. — 2. Ferte misero auxilium, subvenite inŏpi. — 3. Ama nos et vale. — 4. Si quid in te peccavi, ignosce. — 5. Valetudinem tuam cura diligenter. — 6. Pergite, ut facitis, adulescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbĭte, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae emolumento esse possitis. — 7. Eversam in perpetuum provinciam nos invenisse scito. — 8. Repertum esse scitote neminem, qui illud signum auderet attingere. — 9. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem (*tambem*) te amet. — 10. Memento te esse mortalem. — 11. Propĕra, amabo. — 12. Noli pati litigare fratres. —13. Nolite id velle, quod fieri non potest. — 14. Nolite pati, o amici, me frustra a vobis auxilium petere. — 15. Cave festines aut committas ut aeger aut hiĕme navĭges. — 16. Ad divos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amovento. — 17. Jube, sodes, nummos curari. — 18. Agedum, conferte nunc cum illis vitam P. Sullae. — 19. Tu, quaeso, crebro ad me scribe vel quod in buccam venerit. — 20. Sic habetote nihil utile esse, quod non idem sit honestum. — 21. Hoc facito, hoc ne feceris. — 22. Isto bono utĕre, dum adsit; cum absit, ne requiras. — 23. De me nihil timueritis. — 24. Donis impii ne placare audeant deos. — 25. Tu perge, quaeso, scribere, nec meas litteras exspectaris.

— 26. Nolite existimare majores nostros armis rem publicam ex parva magnam fecisse. Sed alia fuere, quae illos magnos fecere, quae nobis nulla sunt: domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto neque libidini obnoxius. — 27. Regio imperio duo sunto iique consules appellantor; militiae summum jus habento; nemini parento; his salus populi suprema lex esto. — 28. Hominem mortuum, inquit lex in XII tabulis, in urbe ne sepelīto, neve urīto.

176. EXERCICIO

1. Se vos agrada, concluireis uma tregua commigo. — 2. O' senadores, soccorrei-me (a mim) infeliz, opponde-vos a esta injustiça. — 3. Se tu me amas e queres ser por mim amado, envia-me frequentes vezes tuas cartas. — 4. Eia, ó jovens, apressae-vos (propero). *— 5. Cultivae, por favor, com amor* (studiose) *a lingua latina. — 6. Recorda-te que és homem. — 7. Ficae sabendo que a justiça é a rainha das virtudes. — 8. Faze aos outros* (=a um outro, alter) *o que queres que seja feito a ti, mas não faças aos outros o que não queres que seja feito a ti. — 9. Nunca peças cousas deshoneslas ao amigo, nem (as) faças (quando fôres) pedido. — 10. Não faças nada unicamente para adquirir favor. — 11. Guarda-te de prestar fé a quem perjurou. — 12. Cuida, por favor, dos interesses de Fabio como se fossem os meus. — 13. Amae a patria e obedecei ás suas leis. — 14. Eia, vamos, expulsae do animo todo o temor.— 15. Grandes forças estão na virtude; acorda-as, se por acaso* (forte) *dormem. — 16. Se o que eu disser* (futuro perf.) *não fôr* (=será) *do vosso agrado* (probor alicui), *dae a culpa* (incuso aliquid) *á vossa indiscreção* (iniquitas), *pois me constrangestes a fallar de cousas que não sei* (=sabia, subjunctivo). *— 17. Ama a virtude e fica sabendo* (acc. com o infinito) *que ninguem póde ser feliz sem a virtude. — 18. Recorda-te que* (acc. com o infinito) *não nasceste sómente para ti* (dativo com: solus), *mas tambem para os amigos e para a patria. — 19. Lê, peço-te* (=rogo-te), *com amor* (studiose) *as obras de Cicero.*

INFINITO

INFINITO SUBJECTIVO E OBJECTIVO

177. EXERCICIO

(E. n. 345; pag. 304 — Gram. n. 375, pag. 266)

1. Dulce et decorum est pro patria mori. — 2. Vivere ipsum turpe est nobis. — 3. Visum est mihi de senectute aliquid ad te scribere. — 4. Pudet me haec fateri. — 5. Non esse cupidum pecunia est; non esse emacem vectigal est; contentum vero suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae. — 6. In re publica mihi neglegenti esse non licet. — 7. Fortem, justum, benevolum, liberalem dici, hae sunt regiae laudes. — 8. Tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre. — 9. Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. — 10. Invidere non cadit

in sapientem. — 11. Fortunã confidere stultum est. — 12. Neminem Romanorum pudebat uxorem ducere in convivium. — 13. In rebus magnis et voluisse sat est. — 14. Beate vivere alii in alio, Epicurus in voluptate ponit. — 15. Solent diu cogitare omnes, qui magna negotia agere colunt. — 16. Barbari bellum in hiemem ducere cogitabant. — 17. Miltiades Chersonesi manere decrevit. — 18. Caesar maturat ab urbe proficisci. — 19. Catilina in senatum introire non dubitavit. — 20. Quis Pompeio scientior unquam fuit aut esse debuit?—21. Volo et esse et haberi gratus.—22. Omnes non possunt esse juris periti. — 23. Caesar Rhenum transire constituit et Germanos in sua ipsorum terra aggredi conatus est. — 24. Magister tuus te magna mercede nihil sapere docuit. — 25. Praestat honeste vivere quam honeste natum esse. — 26. Victis parcere humanum est. — 27. Imperare sibi maximum est imperium. — 28. Nihil attinet dicere quid sentiam. — 29. Delicto dolere, correctione gaudere oportet. — 30. Nunc licet loqui liberrime. — 31. Libet semper discere. — 32. Peccare licet nemini. — 33. Licet videre et genera (*raça*) quaedam et nationes magorum disciplinae scientiaeque deditas. — 34. De hac re in utramque partem (*pro e contra*) dissĕri copiose licet. — 35. Vir bonus non audet cuiquam aut dicto aut facto nocere, vereturque quidquam aut facere aut eloqui, quod parum virile videatur. — 36. Perge tenere istam viam, quam instituisti. — 37. Venae et arteriae micare (*bater*) non desinunt. — 38. Ferre laborem consuetudo docet. — 39. A Graecis Galli urbes moenibus cingere didicerant. — 40. Beatus esse sine virtute nemo potest.

178. EXERCICIO

1. Nós nunca nos envergonharemos de ter operado bem. — 2. Entre os Persas é summo louvor caçar corajosamente. — 3. A alguns desagrada este philosophar. — 4. Entre os Romanos era cousa magnifica ser feito consul. — 5. Annibal soube vencer, mas não soube usar da victoria. — 6. Esqueci-me de te dar aquelle livro que te tinha promettido. — 7. Eu quero ser julgado cidadão sabio. — 8. Nós desejamos ser amados por todos os nossos. — 9. Precisas viver obediente ás leis. — 10. Eu me esforçarei em provêr ao bem dos meus amigos. — 11. Ninguem poderá ser feliz sem a virtude. — 12. E' arte difficillima reger bem o estado. — 13. Eu aprendi a dizer sempre a verdade. — 14. Eu ensinarei sempre meu filho a respeitar o mestre. — 15. O errar (é proprio) de qualquer (quivis) *homem; de ninguem, se não* (nisi) *do insensato, o perseverar* (persevero) *no erro. — 16. E' dos homens fortes supportar* (patior) *pacientemente* (toleranter) *a dôr. — 17. A todos importa operar reclamente. — 18. Dos males precisa escolher os menores* (superlativo). *— 19. Aqui é necessario vencer ou morrer. — 20. E' melhor* (praestat) *ser amado que temido. — 21. Ser proclamado* (cito, as, etc.) *vencedor nos jogos olympicos* (=em Olympia, Olympia, ae) *era, em quasi toda* (totus, ablativo sem proposição) *a Grecia, cousa de summa gloria.*

CONSTRUCÇÃO DO ACCUSATIVO COM O INFINITO NAS PROPOSIÇÕES SUBJECTIVAS

ACCUSATIVO COM O INFINITO COMO SUJEITO

179. EXERCICIO

(*E. n. 347, pag. 306 — Gram. n. 376-377, pag. 267-268*)

1. Omnibus innatum est et in animo quasi insculptum esse deos. — 2. Victorem parcere victis aequum est. — 3. Aequum est omnes cives saluti patriae consulere. — 4. Difficile est regem omnia suis oculis videre. — 5. Fama exierat Artaxerxem comparare classem. — 6. Fama est Themistoclem venenum sua sponte sumpsisse. — 7. Cur mihi esse libero non licet? — 8. Illis timidis et ignavis esse licet, vobis necesse est (*) fortibus viris esse. — 9. Amicitia nisi inter bonos esse non potest. — 10. Aequum est me a te id impetrare. — 11. In republica mihi neglegenti esse non licet. — 12. Ex multis rebus intellegi potest mundum providentia divina administrari. — 13. Necesse est discordia civili rem publicam interire. — 14. Orationem oportet tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. — 15. Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio. — 16. Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuae. — 17. Omnibus bonis expĕdit salvam esse rem publicam. — 18. Facile intellegitur, quod verum, simplex sincerumque sit, id esse hominis naturae aptissimum. — 19. Nihil est difficilius quam amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere. — 20. Mos est Athenis laudari in contione eos, qui sint in proelio interfecti. — 21. Rectum est et verum, ut eos qui nobis carissimi esse debeant, aeque ac nosmetipsos diligamus (*Cf. E. n. 347, ultima alinea da lettra b, pag. 306 — Gram. n. 377, b, obs., pag. 268*) —22. Non est veri simile, ut idem interitus sit animorum et corporum. — 23. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. — 24. Dico necesse esse hanc legem manere. — 25. Homini necesse est mori.

180. EXERCICIO

1. E' evidente (patet — ou: manifestum est) *para todos que Aristides era o mais justo de todos os Athenienses. — 2. Não te é licito ficar* (esse) *ocioso. — 3. E' util que numa cidade haja* (=sejam) *muitos accusadores, para que* (quo e subjunctivo) *a audacia seja refreada pelo temor. — 4. E' sabido* (constat) *que Annibal combateu*

(*) Note-se a differença entre *opus est, oportet, necesse est.* — Usa-se *opus est*, é preciso, faz-se mister, quando se trata de cousa conveniente ou necessaria para um determinado fim, que se quer alcançar, p. ex.: *nihil ista opus est arte ad hanc rem, quam paro; quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur.* — Usa-se *oportet*, precisa, quando se trata de cousa exigida pela razão ou pela prudencia ou pela intelligencia, p. ex.: *nihil in bello oportet contemni.* Usa-se *necesse est*, é necessario, quando se trata duma necessidade á qual não se póde subtrahir, p. ex.: *necesse fuit Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo est profectus, die; nec nunc illi quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt; emas quod non opus est, sed quod necesse est*, compra não o que traz commodidade, mas o que é absolutamente necessario.

muito valorosamente contra os Romanos. — 5. E' tempo que deixemos de um lado (omitto) *estas inepcias e attendamos a cousas mais serias. — 6. E' sabido* (constat) *que Cesar venceu* (construcção passiva) *Pompeu na batalha de Pharsalia* (proelium pharsalicum, ablativo sem preposição). — *7. Convem* (decet) *que os jovens sejam modestos e respeitem os velhos* (majores natu). — *8. E' util* (expĕdit) *ao agricultor que o trigo seja vendido* (veneo) *ao mais alto preço possivel* (quam plurimo). — *9. Importa aos paes que os (seus) filhos sejam educados bem. — 10. E' certo que muitos paizes da terra não foram ainda explorados. — 11. E' verdade* (verum) *que a amizade não póde existir* (esse) *se não entre pessoas bôas. — 12. Não é conforme com o direito* (jus non est) *que o superior se sujeite* (pareo) *ao inferior. — 13. Cumpre* (oportet) *que todos os cidadãos obedeçam ás leis.*

CONSTRUCÇÃO DO ACCUSATIVO COM O INFINITO NAS PROPOSIÇÕES OBJECTIVAS

ACCUSATIVO COM O INFINITO COMO OBJECTO (*)

181. EXERCICIO

(*E. n. 346, pag. 305 — Gram. n. 378, pag. 269*)

1. Amicitia nisi inter bonos esse non potest — Omnes philosophi affirmant amicitiam nisi inter bonos esse non posse.—2. Hostes castra moverunt — Exploratores nostro duci nuntiaverunt hostes castra movisse. — 3. Amici nostri heri profecti sunt — Nobis nuntiatum est amicos nostros heri profectos esse. — 4. Alĕa jacta est, dixit Caesar — Caesar dixit alĕam jactam esse. — 5. Omnium virtutum praestantissima est justitia — Quis non videt omnium virtutum praestantissimam esse justitiam? — 6. Maxima est Dei potentia — Dei opera contemplantes fateri debemus maximam esse Dei potentiam.

182. EXERCICIO

1. Ninguem é sem peccados — Todos sabem que ninguem é sem peccados. — 2. Cyro foi rei dos Persas — Todos sabemos que Cyro foi rei dos Persas. — 3. A sciencia das cousas futuras não é util para os homens — Eu não creio que a sciencia das cousas futuras seja util para os homens. — 4. O fogo é quente, a neve é fria, o mel

---

(*) Neste segundo livro estuda-se a syntaxe das proposições independentes. A proposição objectiva na construcção do accusativo com o infinito, (pois outras se constroem em latim com o subjunctivo, cf. E. n. 382-388, pag. 333—Gram. n. 417 421, pag. 298) pertence propriamente ao terceiro livro: *O periodo latino — proposições objectivas*. Tendo nós, porém, na parte theorica, por razões especiaes, tratado este ponto na syntaxe do infinito, praticamente não nos podiamos afastar da nossa *Syntaxe*. Reconhecemos a pequena contradicção tanto therorica como pratica, mas outras vantagens se auferem deste systema, as quaes sobejamente recompensam a deslocação da materia.

é doce — Nós sentimos (sentio, 4) *que o fogo é quente, a neve fria (e) o mel doce. — 5. Cyro, rei dos Persas, reinou trinta annos — Narranos a historia, que Cyro, rei dos Persas, reinou trinta annos. — 6. Pythagoras e Platão visitaram* (lustro, 1) *os paizes mais longinquos da terra — Sabemos* (accepimus) *que Pythagoras e Platão visitaram os paizes mais longinquos da terra. — 7. Tu és mau, ó meu filho — O mestre disse-me que tu és mau, meu filho.*

183. EXERCICIO

(*E. n. 348, a, b, pag. 307 — Gram. n. 378-379-380, pag. 269-270-271*)

1. Quis hippocentaurum fuisse aut chimaeram putat? — 2. Ego ne utilem quidem arbitror esse nobis rerum futurarum scientiam. — 3. Sentimus calere ignem, nivem esse albam, dulce mel. — 4. Cicero intellegebat conjuratione patefacta civitatem periculis ereptam esse. — 5. An nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum? — 6. Democritus dixit innumerabiles esse mundos. — 7. Thucydides ossa Themistoclis clam in Attica ab amicis sepulta esse memoriae prodidit. — 8. Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse. — 9. Errant qui in prosperis rebus omnes impetus fortunae se putant fugisse (*pensam ter escapado*). — 10. Culpa caruisse te arbitraris. — 11. Me non esse verborum inŏpem agnōsco. — 12. Fama nuntiabat te isse in Syriam. — 13. Dux juravit se nisi victorem in castra non reversurum.

184. EXERCICIO

1. Nós sabemos que o corpo do homem é mortal, a alma immortal. — 2. Dario prometteu dar mil talentos ao assassino de Alexandre. — 3. Todos sabemos que Cyro foi rei dos Persas. — 4. Alguns pensam que Platão (já) no Timeo tivesse dito que é a terra que se move (e) não o sol. — 5. Thales de Mileto dizia que a agua é o principio de todas as causas. — 6. O aspecto do sol, da lua e das estrellas demonstra (indĭco) *sufficientemente que o mundo* (haec omnia) *não é obra do acaso* (fortuitus). *— 7. Creio ter feito progresso na philosophia. — 8. Xerxes julgou* (judico) *que Themistocles não o tivesse vencido* (supero), *mas salvo* (use-se o passivo para evitar a amphibologia). *— 9. Cicero diz que Alexandre, o Macedonio, superou* (passivo) *seu pae na gloria militar* (gloria rerum gestarum), *mas ficou-lhe* (esse) *inferior na affabilidade* (facilitas) *e na benevolencia* (humanitas). *— 10. Annibal confessou ter sido vencido por Fabio.*

185. EXERCICIO

(*Gram. n. 381, b, pag. 271*)

1. Matrem meam memini puero mihi nihil adeo commendare quam pietatem. — 2. L. Metellum memini puer (*quando eu era menino*) ita bonis esse viribus extremo tempore aetatis, ut adulescentiam non requireret. — 3. Memineram C. Marium, cum vim armorum

profugisset, senile corpus paludibus occultasse. — 4. Memoria teneo Q. Scaevolam bello marsico cotidie facere omnibus conveniendi sui postestatem. — 5. Memini Catonem anno ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere. — 6. Philippus rex iratus erat Aetōlis, quod solos obtrectasse gloriae suae, cum liberaret Graeciam, meminerat.

186. EXERCICIO

1. Recordo-me que li em Cesar que os deuses immortaes costumam conceder fortuna mais prospera (res secundae) *e impunidade mais dilatada* (diuturnior impunitas) *aos que querem castigar conforme os seus crimes. — 2. Recordo-me que muitas vezes disse que o homem bom observa a justiça tambem para com os mais humildes. — 3. Recordo-me* (memoria teneo) *que ouvi repetir muitas vezes pela minha bôa e velha mãe que ha só duas especies de riquezas que o homem póde augmentar continuamente: o saber e a virtude. — 4. Lembrae-vos* (memoria teneo) *do que dizia Catão: que elle preferia ser a parecer bom. — 5. Recordo-me* (memoria teneo) *que Julio narrava-me muitas vezes que na sua primeira mocidade* (admodum adulescentulus) *tinha tido grande familiaridade com* (utor aliquo valde familiariter) *Carlos* (Carolus). — *6. Recordemo-nos* (meminerimus) *que Catão preferiu morrer a vêr o rosto do opressor* (tyrannus).

187. EXERCICIO

(*E. observação n. 3, pag. 308* [*n. 348*]— *Gram. n. 381, c, pag. 271*)

1. Hunc ego inimicissimum huic conjurationi futurum esse promitto et spondeo. — 2. Spero et opto nobis hanc conjunctionem voluptati fore. — 3. Tantum quisque laudat quantum se consequi posse sperat. — 4. Caesar in eam spem venerat se sine pugna rem conficere posse. — 5. Spero et confido te jam, ut volumus, valere. — 6. Spero tibi me causam probasse. — 7. Legati ad Caesarem missi sperabant, se, pro ejus justitia, quae petierint, impetraturos. — 8. Spero propediem me istuc esse venturum. — 9. Caesar urbem funditus deleturum se esse minabatur. — 10. Helvetii, Orgetorĭgis oratione adducti, inter se fidem et jus jurandum dant, et, regno occupato, per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri sperant. — 11. Cetera spero prolixa esse. — 12. Spero fore ut contingat id nobis. — 13. Nisi eo ipso tempore quidam nuntii de Caesaris victoria essent allati, existimabant plerique futurum fuisse, ut oppidum amitteretur.

188. EXERCICIO

1. Os jovens esperam viver longamente. — 2. Espero que cedo poderei mandar-te o livro que me emprestaste (commodo). — *3. Espero que posso dar-te satisfacção* (dar satisfacção, satisfacio alicui). — *4. Espero que te dei satisfacção. — 5. Os Helvecios esperavam que poderiam apoderar-se de toda a Gallia. — 6. Espero que terás voltado para a patria* (domus) *são e salvo* (incolumis). — *7. Espero que a nossa amizade não terá necessidade* (egeo, infinito presente) *de testemunhas. — 8. Meu*

pae prometteu visitar-me no dia primeiro de Janeiro. — 9. Os jovens Espartanos juravam, partindo para a guerra, ou de tornar vencedores ou de morrer na batalha. — 10. Tenho grande esperança de que os meus amigos tenham recebido de ti a mesma salvação que eu recebi. — 11. A mór parte dos homens cultivam especialmente as amizades (=os amigos) *das quaes* (=dos quaes) *esperam ter o maximo bem. — 12. Creio que tu te arrependerás da tua falta. — 13. Eu creio que, se fizerdes isto* (futuro imperfeito), *sereis castigados. — 14. Os Romanos pensavam que os Gaulezes teriam sido vencidos por Cesar.*

189. EXERCICIO

Gram. n. 381, d, pag. 271)

1. Themistocles persuasit populo, ut classis centum navium aedificaretur. — 2. Tibi persuade me nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint. — 3. Patri tuo persuasi ut amicum illum a tua non modo familiaritate, sed etiam congressione, patrio jure et potestate prohiberet. — 4. Tibi persuadeas te a me fraterne amari. — 5. Vale igitur, mi Cicero, tibique persuade, te mihi quidem esse carissimum; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis praeceptisque laetabĕre. — 6. Senatus censuerat, uti quicumque Galliam provinciam obtineret, Aeduos defenderet. — 7. Regulus captivos in senatu reddendos (esse) non censuit. — 8. M. Calidius censebat, ut Pompeius in suas provincias proficisceretur. — 9. Antēnor censet belli causam praecidi (=praecidendam esse). — 10. Sapientes censent nullam esse tam firmam civitatem, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti. — 11. Post haec disputatur in consilio a Petreio atque Afranio et tempus profectionis quaeritur. Plerique censebant ut noctu iter facerent; posse prius ad angustias venire quam sentirentur. — 12. His de causis convocato consilio, Curio de summa rerum deliberare incipit. Alii censebant conandum omnibus modis castraque Vari oppugnanda, alii de tertia vigilia in castra recedendum. — 13. Caesar milites admonuit, ne famam dignitatemque imperatoris sui minui aut violari paterentur. — 14. Caesar monuit victoriam in cohortium virttue constare.

190. EXERCICIO

1. Orgetorige induziu os seus a sairem (exeo) *do seu territorio* (fines). — *2. Convencei-vos* (persuadeo) *de que entre as cousas humanas só a virtude é immortal, e de que nada de bello jamais a natureza concedeu aos homens sem grande fadiga. — 3. Convencei-vos, ó meus carissimos filhos, de que a alma do homem é immortal. — 4. A maioria dos soldados era de parecer* (censeo) *que todos deviam parar* (consisto) *na collina. — 5. Quintiliano aconselha* (moneo) *os discipulos a amarem os seus mestres não menos que os seus mesmos estudos. — 6. Eu te aconselho* (moneo) *a que evites* (vito) *este perigo. — 7. Eu te advirto* (moneo) *de que nos ameaça* (instare alicui) *um grande perigo. — 8. Eu te recordo* (moneo) *que todos os homens são mortaes.*

191. EXERCICIO

(*E. n. 348, c, pag. 307-308 — Gram. n. 382, a, b, c, pag. 272*)

1. Spartiatae etiam corpora feminarum firmari labore voluerunt. — 2. Saguntini parentes suos liberos emŏri quam servos vivere maluerunt. — 3. Tibi favemus, te tua virtute frui cupimus. — 4. Pompeius rem ad arma deduci studebat. — 5. Sulla se cremari post mortem voluit. — 6. Volo is esse, quem tu me esse voluisti. — 7. Cupio me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri. — 8. Ego me cupio non mendacem putari. — 9. Sociis maxime lex consultum esse vult. — 10. Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, exstinctum esse voluerunt. — 11. Domestica cura te levatum volo. — 12. Hoc unum te monitum volo. — 13. Factum volo quod semel jussi. — 14. Volo se efferat in adulescente fecunditas. — 15. Visne igitur hoc primum videamus? — 16. Nolo accusator in judicium potentiam afferat. — 17. Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserves. — 18. Velim equĭdem, id quod spero, ut plane abjectus et fractus sit Antonius. — 19. Valetudinem tuam velim cures diligenter. — 20. Tu ad me de omnibus rebus scribas, velim. — 21. Mallem tacuisses. — 22. Idque ut facias velim. — 23. Nihil malebat Caesar, quam ut Pompeium assequeretur. — 24. Bellum ego populo romano neque feci neque factum unquam volui, fines meos adversus armatos armis tutatus sum.

192. EXERCICIO

1. Quero que tu sejas mais diligente. — 2. Desejo que vós leiaes Homero. — 3. Eu quero ser bom. — 4. Desejo lêr Homero. — 5. Cesar quiz que a estrada (iter) *pelos Alpes, por onde os mercadores costumavam passar com grande perigo, se tornasse aberta e segura* (patefio). — *6. Themistocles quiz que fosse augmentado* (augeo) *o poder* (opes) *da sua patria, antes que* (o) *do rei dos Persas. — 7. Timoleonte preferiu ser amado a ser temido. — 8. Os cidadãos de Sagunto* (Saguntini) *preferiram morrer livres a viver escravos. — 9. Alexandre Magno queria não só ser chamado, mas crido filho de Jupiter. — 10. Nós detestamos aquelles homens ambiciosos, que querem* (cupio) *arruinar* (exstinguo, participio perfeito passivo) *a sua patria. — 11. Os senadores* (patres) *não queriam que se offendesse* (participio perfeito passivo) *a ordem dos publicanos. — 12. Que queres que eu faça* (subjunctivo sem: ut)? — *13. Não quero que te zangues commigo* (subjunctivo presente sem: ut). — *14. Quizera que tu me escrevesses* (subjunctivo presente sem: ut). — *15. Quanto gostaria* (vellem) *que tu tivesses ficado em Roma. — 16. Quizera* (vellem) *que as cousas que te escrevi fossem falsas. — 17. Não quizera que perseverasseis neste erro.*

193. EXERCICIO

(*Gram. n. 382, f, g, h, pag. 272*)

1. Caesar propter multitudinem hostium proelio supersedere statuit. — 2. Athenienses statuerunt, ut libertatem graeciae classe defenderent. — 3. Multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum. — 4. Galli omnes eos, qui arma ferre possent, convo-

candos statuunt. — 5. Lentulus cum ceteris, qui principes conjurationis erant, constituerant, uti L. Bestia, tribunus plebis, contione habita, quereretur de actionibus Ciceronis. — 6. Senatus decrevit, ut consul videret ne quid res publica detrimenti caperet. — 7. Sallustius, ubi decrevit sibi reliquam aetatem a re publica procul habendam, statuit res gestas populi romani carptim, ut quaeque memoria digna viderentur, perscribere. — 8. Conclamat omnis multitudo: summum esse Vercingetorigem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec majore ratione bellum administrari posse. Statuunt, ut decem milia hominum delecta ex omnibus copiis in oppidum mittantur, nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent. — 9. Concedo tibi, ut ea praetereas, quae, cum taceas, nulla esse concedis. — 10. Quis Antonio permisit, ut partes faceret? — 11. Consuli permissum est, ut duas legiones scriberet.— 12. Ipsis judicibus conjecturam facere permittam. — 13. Conatus est Caesar reficere pontes, sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositae cohortes adversariorum perfici patiebantur.

194. EXERCICIO

1. Os Helvecios estabeleceram passar pelo territorio dos Sequanos.—2. A cidade resolveu que se mandassem embaixadores a Cesar. — 3. Entre o povo romano era estabelecido que a primeira (suprema) *lei fosse a salvação do estado. — 4. Cesar resolveu fazer uma ponte sobre o Rheno. — 5. O Senado romano, depois do discurso de Atilio Regulo, decretou que não se restituissem os prisioneiros. — 6. Meu pae permittiu-me* (concedo) *ir á casa.*

195. EXERCICIO

(*E. n. 348, d, pag. 307-310 — Gram. n. 383, pag. 273 e n. 378, observ. 3, pag. 269*).

1. Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte feceram. — 2. Utrumque laetor et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse. — 3. Miror te ad me nihil scribere. — 4. Sane gaudeo quod te interpello. — 5. Haec urbs laetari videtur quod tantam pestem evomuerit. — 6. Varus promissa non servari querebatur. — 7. Scipio querebatur quod omnibus in rebus homines diligentiores essent quam in amicis deligendis. — 8. Macedŏnes Eumĕnem sibi anteponi indigne ferebant. — 9. Molestissime fero quod te ubi visurus sim nescio. — 10. Lentulus se alterum fore Sullam inter suos gloriabatur. — 11. T. Claudius Asellus omnes provincias se peragrasse gloriabatur. — 12. Meum factum probari abs te triumpho et gaudeo. — 13. Quod scribis te a Caesare cotidie plus dilĭgi, immortaliter gaudeo. — 14. Laetor, quod Petilius incolumis vivit in urbe. — 15. Virtutes noli vereri, ne expostulent et querantur, se a vita beata esse relictas. — 16. Caesar, cum Gades venisset animadvertissetque apud Herculis templum Alexandri Magni imaginem, ingemuit doluitque, quod nihil a se memorabile actum esset illa aetate, qua Alexander orbem terrarum jam subegisset. — 17. Taciti indignabamini aerarium expilari. — 18. Belgae, populi romani exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia, moleste ferebant. — 19. Cato

mirari se aiebat quod non rideret haruspex haruspicem cum vidisset. — 20. Is aegre ferebat, se pauperem esse. — 21. Augustus jure est gloriatus, urbem se marmoream relinquere, quam latericiam accepisset.

22. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio esse urbis gloriam et populi romani nomen! — 23. Te doctum hominem esse! — 24. Patremne sinecausa repudiasse filium! — 25. Te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic jacere in lacrimis et sordibus! — 26. Me miserum! te ista virtute, fide, probitate, in tantas aerumnas propter me incidisse! — 27. Illam clementiam mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conversam!

196. EXERCICIO

1. Estimo (gaudeo) *muitissimo* (magnopere, vehementer) *que passeis bem. — 2. Alegro-me grandemente que as cousas feitas por nós até agora encontrem a approvação dos homens bons. — 3. Lastimo que não possamos gozar mais longamente a amenidade deste lugar. — 4. Estou contente porque tu foste á quinta. — 5. Alegro-me que o meu livro tenha tido a tua estima* (probor alicui). — *6. Gozo* (*sabendo*) *que* (quod com o indicativo) *estás de bom humor* (hilari animo sum). — *7. Sinto* (doleo) *que tenhas ficado tanto tempo longe de nós, porque fiquei privado* (careo aliqua re) *do beneficio* (fructus) *de tua conversação. — 8. Cicero chorou* (defleo) *a morte do orador Quinto Hortencio, queixando-se* (=e queixou-se) *de ter perdido* (*nelle*) *não já um adversario como os demais pensavam ou um detractor* (obtrectator) *dos seus merecimentos* (laus), *mas um amigo* (socius) *e um collega* (consors) *das suas honradas* (gloriosus) *fadigas* (labor, singular). — *9. Sem razão lastimam os homens que a sua vida seja demasiado breve e governada mais pela fortuna que pela virtude. — 10. O sophista Hippias, tendo ido* (venio, com a conjuncção: cum e o mais que perfeito do subjunctivo) *á Olympia na occasião dos jogos que se celebravam naquella cidade cada quatro annos, gabou-se* (glorior), *na presença de quasi toda a Grecia, que não havia em qualquer arte ou sciencia* (doctrina) *cousa alguma que elle ignorasse.*

TEMPOS DO INFINITO

197. EXERCICIO

(*E. n. 349-350, pag. 310 — Gram. n. 384, 385, pag. 273*)

1. Puer dicit (dicet) se patris adventum extimescere. — 2. Puer dicebat (dixit, dixerat) se patris adventum extimescere. — 3. Puer dicit (dicet) se patris adventum extimuisse. — 4. Puer dicebat (dixit, dixerat) se patris adventum extimuisse. — 5. Puer dicit se epistulam scripturum esse. — 6. Puer dicebat (dixit, dixerat) se epistulam scripturum esse. — 7. Credo fore (futurum esse) ut epistulam scribas. — 8. Credidi fore (futurum esse) ut epistulam scriberes. — 9. Credo fore (futurum esse) ut graecas litteras discas. — 10. Credidi fore (futurum esse) ut graecas litteras disceres. — 11. Arbitror me beneficum in meos amicos visum iri. — 12. Arbitramur nos beneficos in nostros amicos visum iri.

198. EXERCICIO

1. Julgo ser innocente. — 2. Julgamos ser innocentes. — 3. Julgas que és louvado (collaudo) *por todos. — 4. Julgaes que sois louvados por todos. — 5. Julguei que era innocente. — 6. Julgáramos que fossemos louvados por todos. — 7. O juiz dirá que foi clemente. — 8. Os meninos dirão que foram censurados. — 9. Julgaste que eras innocente. — 10. Os mensageiros referiram* (narro) *que a cidade estava cercada pelos inimigos. — 11. Julgo que serás mais diligente. — 12. Crerei que por vós todos tenham sido lidos os poemas de Virgilio. — 13. Creramos que terias sido mais diligente. — 14. Tinheis crido que por nós teriam sido lidos os poemas de Virgilio. — 15. Espero que me perdoarás* (ignosco). *— 16. Esperavamos que nos terieis perdoado. — 17. Cremos que vos arrependereis da vossa falta* (peccatum). *— 18. Julgámos que vós vos terieis arrependido da vossa falta. — 19. Creio que tereis fallado* (loquor) *livremente. — 20. Espero que nunca me arrependerei da minha indulgencia para comtigo, ó meu carissimo filho. — 21. Pensava que tu terias facilmente aprendido estes bellissimos versos. — 22. O mestre espera que um dia os seus discipulos se envergonhem da sua ignorancia. — 23. Espero que facilmente poderás decorar esta brevissima epistola de Cicero a* (ad) *Áttico. — 24. Eu não creio que os nossos soldados temerão muito os inimigos. — 25. Eu espero que vós aprendereis facilmente esta regra.*

199. EXERCICIO

1. Helvetii pro multitudine hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur. — 2. Caesar negat se more et exemplo populi romani posse iter ulli per provinciam dare. — 3. Credo vos esse maxima laude dignos. — 4. Credam vos esse maxima laude dignos. — 5. Credebam (credidi, credideram) vos fuisse maxima laude dignos. — 6. Credo vos fuisse maxima laude dignos. — 7. Credam vos fuisse maxima laude dignos. — 8. Pro certo habeo te ad me epistulam esse missurum. — 9. Pro certo habebo te ad me epistulam esse missurum. — 10. Pro certo habebam (habui, habueram) te ad me epistulam esse missurum. — 11. Spero futurum esse (spero fore) ut brevi omnibus his incommodis medeare. — 12. Catilina Praeneste se occupaturum nocturno impetu esse confidebat. — 13. Duo equites romani polliciti sunt se ante lucem Ciceronem interfecturos esse. — 14. Omnes arbitrantur reum damnatum iri. — 15. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum: Pompeius affirmat non esse periculum, adjurat, addit etiam se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. — 16. Spero futurum esse (fore) ut sapias. — 17. Injecta mihi spes est velle mecum Sulpicium collŏqui. — 18. Video te velle in caelum migrare; spero fore ut contingat id nobis. — 19. Credo fore ut (futurum esse ut) tu linguam latinam discas. — 20. Spero fore ut (futurum esse tu) tu diligentius studeas.

APPENDICE AO INFINITO

§ I

A PARTICULA *sem* SEGUIDA DE UM INFINITO

200. EXERCICIO

(*E. n. 351, pag. 312 — Gram. n. 386, pag. 275*)

1. Dicam quod sentio non revĕrens assentandi suspicionem. — 2. Caesar neque diurno neque nocturno itineri intermisso in Lingones contendit. — 3. Quis est qui nullis officii praeceptis tradendis (*sem dar preceitos*) philosophum se audeat dicere? — 4. Nihil potest evenire nisi causa antecedente. — 5. Tu nobis salutem insperantibus (*sem que o esperassemos*) reddidisti. — 6. Caesare ignaro Antonius magister equitum constitutus est. — 7. Milites relictis castris nullo certo ordine domum venire properabant. — 8. Utrumvis salvo officio (*sem violar o dever*) facere potes. — 9. Fieri potest, ut recte quis sentiat neque id quod sentiat polite elŏqui possit (*sem poder...*). — 10. Neminem praetermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui litteras non dederim. — 11. Nullum patiebatur esse diem Hortentius, quin aut in foro diceret aut meditaretur extra forum. — 12. Videmus saepe alienas calamitates sine dolore. — 13. Sensim sine sensu (*sem que nos apercebamos*) aetas senescit. — 14. Romani non rogati ultro auxilium offerebant. — 15. Natura dedit usuram vitae (*emprestar a vida*) tanquam pecuniae, nulla praestituta die (*sem fixar o vencimento*). — 16. Pueri saepe judicaverunt aliquid, quo id pertineret, ignari. — 17. Nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem. — 18. Nihil praecepta atque artes valent nisi adjuvante natura. — 19. Abiisti neque mihi quicquam dixisti (=*tacitus abiisti*). — 20. Abii sine querela. — 21. Hostes nullo ordine neque imperio procedebant. — 22. Xenocrates legatis apposuit, quod satis esset, nullo apparatu. — 23. Xerxes Athenas, nullis defendentibus, incendio delevit. — 24. Sine ulla victoriae spe proelium iniit dux. — 25. Eum sine ira reprehendi. — 26. Hannibal, sine ullo detrimento exercitus, locorum angustiis se expedivit. — 27. Veientes, non castris positis, non exspectato hostium exercitu, vastam ex agris praedam portantes, Veios rediere. — 28. Nego ullam picturam in Sicilia fuisse, quin (=*quam non*) Verres conquisierit, inspexerit; quod placidum sit, abstulerit. — 29. Non possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.

201. EXERCICIO

1. O bom pae de familia tem cuidado das cousas domesticas sem nada fazer (participio com nihil) *contra a moral* (mores, um) *e as leis da patria* (civitas). — *2. O homem sabio não fará cousa alguma importante sem tel-a ponderado* (considĕro, participio presente com: nisi) *longamente.* — *3. Timoleonte* (Timolĕon, ontis) *soube ganhar* (=ganhou para si) *o affecto de todos os Sicilianos de modo tal que*

(ut e o subjunctivo) *tinha nas mãos* (obtineo) *o governo sem que ninguem se lhe oppuzesse* (recuso, participio no ablativo absoluto com nemo). — *4. O consul iniciou o combate* (pugnum committo) *sem esperar* (participio perfeito no ablativo absoluto com: non) *o auxilio do collega.* — *5. A velhice persegue-nos* (insĕquor) *ás costas* (a tergo) *e nos alcança* (assĕquor) *sem que a esperemos* (necopinans). — *6. Socrates pedia aos deuses que lhe concedessem o que era* (subjunctivo) *bom, sem* (cum) *elle* (ipse) *pedir nominalmente* (nomĭno) *alguma cousa.* — *7. Narra-se que Aristoteles foi por vinte annos continuos* (deinceps) *discipulo* (audio aliquem) *de Platão sem* (sicut non) *faltar* (neglego aliquid) *a nenhuma licção* (schola). — *8. Eu te expuz brevemente as cousas mais importantes; o resto podes entender por ti sem que eu* (ut non) *t'o diga.* —*9. Pyrrho deixou em liberdade* (dimitto) *os prisioneiros romanos sem compensação* (pretium). — *10. Eu te prejudiquei sem o saber.* — *11. Elles, sem serem chamados* (invocatus), *foram-me muito uteis.* — *12. Os Helvecios partiram de Cesar sem nada terem alcançado.* — *13. O bom juiz não pronuncia sentença* (ferre sententiam) *sem ter bem considerado a causa* — *14. Ha alguns que querem discorrer de cousas sem as conhecer.* — *15. Vós nada deveis emprehender sem avisar-me antes.* — *16. Ninguem torna-se douto sem lêr muito* (=muitas cousas). — *17. O meu amigo nunca vem á minha casa sem trazer algum presente para as minhas filhas.* — *18. Nada escrevas sem teres antes reflectido bem.* — *19. Os embaixadores voltaram sem nada terem concluido.*

§ II

O VERBO *mandar* OU *fazer* SEGUIDO DE UM INFINITO

202. EXERCICIO

(*E. n. 352, pag. 313 — Gram. n. 387, pag. 276*)

1. Conon muros dirŭtos a Lysandro reficiendos curavit. — 2. Hoc proelio facto, reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arari faciendum curat, atque ita exercitum transducit. — 3. Tiresiam, quem sapientem fingunt poëtae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem suam. — 4. Isocrătem Plato admirabiliter in Phaedro laudari facit. — 5. Sol efficit ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant. — 6. Ex quo effici vult Socrates ut discere nihil aliud sit, nisi recordari.

203. EXERCICIO

1. Cicero faz louvar a Antonio por Crasso. —*2. Cicero faz dizer a Crasso que o orador deve saber todas as cousas.* —*3. Cicero faz pronunciar este discurso* (usando-se o verbo: utor, observe-se que com os verbos depoentes o participio presente é substituido pelo participio perfeito) *por Torquato.* — *4. A chuva temperou o ardor do ar e fez florescer todas as cousas.* — *5. O acaso fez de modo que nos revissemos depois de muitos annos.* — *6. Horacio faz conversar Ulysses com Tiresias*

((Tiresias, ae, m.) *no inferno* (apud inferos) *e perguntar a este* (quaero ex aliquo) *com quaes meios* (ars) *se podem readquirir os bens perdidos. — 7. Marcello fez marchar contra o inimigo antes os infantes e em seguida os cavalleiros.*

PARTICIPIO

204. EXERCICIO

(*Gram. n. 388, pag. 276*)

1. Os inimigos, tendo alcançado (adipiscor ou consĕquor) *a victoria, retiraram-se* (me recipio in... e acc.) *para o acampamento. — 2. Aristides, banido da patria, fugiu para Lacedemonia* (cidade). *— 3. Os deuses e as deusas venerados pelos Romanos eram fabulas. — 4. A morte de nosso pae foi vingada por este homem. — 5. O céo, por nós tantas vezes contemplado, é o argumento mais claro da summa sabedoria de Deus. — 6. Estes quadros, admirados por todos, não agradam a mim, nem aos meus amigos. — 7. A virtude perseguida pelos homens alcança* (adipiscor ou consĕquor) *sempre de Deus* (compl. agente) *o premio merecido. — 8. Os cavalleiros dos inimigos, tendo seguido o seu commandante, arremessaram-se contra o nosso acampamento. — 9. Os ladrões, tendo fugido de noite, foram presos pelos guardas do rei. — 10. Meu filho, tendo ficado em casa, leu muitos versos de Virgilio. — 11. Annibal, tendo descido á Italia pelos Alpes* (per e acc.), *apoderou-se* (potior) *de muitissimas cidades. — 12. O commandante, tendo exhortado os soldados a combaterem* (ut e imperf. do subjunt.) *valorosamente, deu o signal de batalha. — 13. Labieno, tendo-se apoderado do acampamento inimigo, mandou em soccorro* (dat.) *dos nossos* (dat.) *a decima legião. — 14. Porque não me deste o livro promettido? — 15. Muitos innocentes, calumniados pelos malvados* (improbus, a, um), *soffrem a prisão, o exilio e a morte. — 16. O nosso commandante constrangido* (cogo, coēgi, coactum, 3) (*a*) *combater, travou combate e venceu o inimigo.*

205. EXERCICIO

(*E. n. 353, pag. 314 — Gram. n. 389, pag. 277*)

1. Laudo discipulos praecepta magistri observantes.— 2. Atheniensibus de salute sua jam desperantibus nuntius victoriae allatus est. — 3. Munus humanum assignatum a Deo (=quod a Deo assignatum est) defugisse videmini. — 4. Athenienses Alcibiadem, corruptum (=quod corruptus esset) a rege, capere Cymen noluisse arguebant. — 5. Quis est, qui totum diem jaculans (=si jaculetur), non aliquando collineet (*acerte*). — 6. Horatius Cocles rem ausus est, plus famae habituram (=quae habitura erat) ad posteros, quam fidei. — 7. Ad prima signa veris Hannibal in Etruriam ducit, eam quoque gentem aut vi aut voluntate adjuncturus (=ut adjungat). — 8. Senŏnes Galli multitudine ingenti ad Clusium venerunt, legio-

nem romanam castraque oppugnaturi (=ut oppugnarent). — 9. Socratis morti illacrimari soleo Platonem legens (*quando leio*). — 10. Mendaci homini ne verum quidem dicenti (*mesmo quando diz*) credere solemus. — 11. Veteres Peripatetici Academicique re consentientes (*se bem que consentissem na substancia*) vocabulis differebant. — 12. Herculem Germani in proelium ituri canunt. — 13. Perseus, unde profectus erat, rediit belli casum de integro tentaturus. — 14. Dareus pervenerat ad vicum Arbela, nobilem sua clade facturus. — 15. Si qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores ne attingant rem publicam. — 16. Lollius aetate et morbo impeditus, ad testimonium dicendum venire non potuit.

206. EXERCICIO

1. Nada é difficil para quem ama. — 2. Os inimigos feriram o nosso chefe que combatia valorosamente. — 3. As estrellas indicam o caminho aos que navegam. — 4. Os cidadãos combatiam valorosamente contra os inimigos que cercavam (oppugno) *a cidade. — 5. Os que desejam uma vida tranquilla attendem ao estudo* (vaco) *da philosophia. — 6. Os cidadãos, que defendem valorosamente a patria, são dignos de serem muitissimo louvados. — 7. A quem negligencia as suas cousas, não confiaremos as nossas. — 8. Os inimigos mataram Valerio, emquanto combatia valorosamente. — 9. O corpo de quem dorme jaz como o de quem morreu. — 10. Eu creio que nada é difficil para quem ama. — 11. Annibal, depois que foi expulso* (=Annibal expulso) *de Carthago, foi* (venio) *a Epheso com* (ad) *o rei Antiocho. — 12. As nuvens nascem dos vapores que se levantam no ar. — 13. Se julgaes cada cousa* (julgando=aestĭmo ex) *pelo prazer, não podeis defender, nem conservar a virtude. — 14. Os inimigos, porque temiam* (temendo) *a chegada de Cesar, voltaram atraz. — 15. Platão morreu emquanto escrevia* (escrevendo), *na idade de 81 annos. — 16. Os Persas enterravam os* (*seus*) *mortos depois de os ter ungido com cera.*

207. EXERCICIO

(*E. n. 354–355, pag. 314 — Gram. n. 390–392, pag. 278*)

1. Nemo post reges exactos de plebe consul fuit. — 2. Omne malum nascens (*ao nascer*) facile opprimĭtur; inveteratum fit plerumque robustius. — 3. Regnatum est Romae ab urbe condita ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. — 4. Carthago condita esse putabatur centum triginta quattuor annis ante Romam conditam et trecentis annis post Troiam eversam. — 5. Thebae et ante Epaminondam natum et post ejus interitum perpetuo alieno paruerunt imperio. — 6. Quis non videt omnium virtutum praestantissimam esse justitiam? — 7. Catonem vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. — 8. Non vidit Hortensius flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia senatum. — 9. Animus, qui plus cernit et longius, videt se ad meliora proficisci. — 10. Animadvertit Gracchus Pisonem in contione stantem. — 11. Hoc majores natu audivi dicere. — 12. Bibŭlus nondum audiebatur esse in Syria. — 13. Ex eo audivi cum diceret sibi certum esse. — 14. De

pietate Attici quid plura commemorem, cum hoc ipsum vere gloriantem audierim in funere matris suae, quam extulit annorum nonaginta, annis septem et sexaginta se nunquam cum matre in gratiam redisse (*nunca houve discordia, logo não houve necessidade de reconciliar-se*). — 15. Timoleontem, cum lumina oculorum amisisset, nemo unquam querentem audivit. — 16. Audio te mihi maledicere. — 17. A Pausania Lentuli liberto, audivi cum diceret, te secum esse questum quod tibi obviam non prodissem.

208. EXERCICIO

1. Tarquinio, o Soberbo, foi expulso no anno de 244 depois da fundação de Roma. — 2. Antes da destruição de Carthago o povo e o senado romano governavam (tracto) *entre si a republica placidamente e com moderação* (modeste). — *3. P. Scipião foi chamado de Africano, por causa* (propter) *da conquista* (domare) *da Africa. — 4. Os Gregos destruiram Troia por causa do rapto de Helena. — 5. O assassinio de Cesar parecia a uns pessima, a outros bellissima acção. — 6. Vimos que Antonio cantava. — 7. Vimos Antonio cantar* (no acto do canto). — *8. Vejo teu pae que vem para nós. — 9. Ouvi Antonio fallar mal de mim* (percepção directa). — *10. Ouvi dizer que Antonio falla mal de mim. — 11. Caligula, ouvindo* (cum e imp. do subjuntivo) *que alguns reis, que vieram a Roma para obsequial-o* (officii causa), *brigavam entre si á mesa* (inter cenam) *sobre a nobreza da propria origem* (genus), *exclamou* (inquit, que se deve intercalar nas palavras seguintes): *um só é o senhor, um só é o rei. — 12. Cesar tentou* (conor) *tomar á força Novioduno, porque tinha ouvido dizer que estava sem defensores* (vacuus sum ab defensoribus). — *13. Ouvi frequentes vezes dizer que os philosophos epicureos medem qualquer cousa conforme* (ex) *o prazer.*

209. EXERCICIO

(*E. n. 356–357, pag. 315 n. 360–362, pag. 317 – Gram. n. 393–397, pag. 279*)

1. Male parta male dilabuntur. — 2. Multa Catonis et in senatu et in foro vel provisa prudenter vel acta constanter vel responsa acute ferebantur. — 3. Si Curium nondum satis habes cognitum, valde tibi eum commendo.. — 4. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum.–5. Tu, si habes jam statutum quid tibi agendum putes, supersedeto hoc labore itineris. — 6. Multi cives romani in Asia magnas pecunias collocatas habebant. — 7. Caesar equitatum omnem, quem ex omni provincia coactum habebat, praemittit. — 8. Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. — 9. Confisus municipiorum voluntatibus Caesar cohortes ex praesidiis deducit Auximumque proficiscitur. — 10. Ego quoque in adulescentia diffisus ingenio meo adjumenta doctrinae quaesivi. — 11. Catilina optumum ratus fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quam primum confligere. — 12. Caesar arbitratus bellum celeriter confici posse in Morinos exercitum adduxit.

— 13. Titus Pomponius Atticus idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis Athenas se contulit. — 14. Caesar veritus ne hostes ex oppido profugerent, duas legiones in armis excubare jubet. — 15. Massilienses usi L. Domitii consilio naves longas expediunt numero XXVII. — 16. Massilienses et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi nostros eludebant impetusque eorum decipiebant. — 17. Caesar celeriter aggressus Pompeianos ex vallo deturbavit. — 18. T. Manlius Torquatus Gallum, cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit. — 19. Patrimonium Sextii Roscii domestici praedones vi ereptum possident. — 20. Stultum est quemquam in amicitiam suam recipere non ante cognitum.

210. EXERCICIO

1. No segundo livro do Orador de Cicero lêem-se muitas respostas sisudas (argute) *de algumas personagens. — 2. Alcibiades julgando* (arbitror) *que os mesmos logares não lhe* (eram) *sufficientemente seguros, escondeu-se* (abdo me in aliquem locum) *no fundo* (penitus) *da Thracia. — 3. Annibal, temendo* (vereor, participio perfeito com: ne e o subjunctivo) *de ser entregue aos Romanos, tragou o veneno, que costumava* (consueveram) *levar sempre comsigo. — 4. Gaio Terencio Varrão, servindo-se de um plano temerario* (temeraria ratione utor), *travou combate* (pugnam committo) *com Annibal perto de Cannas* (Cannae, arum), *batalha na qual morreram muitos Romanos com um dos consules* (alter consul). — *5. Estou convencido* (illud exploratum habeo) *de que ha um Deus. — 6. Determinei* (statutum habeo) *estudar* (disco) *com amor* (studiose) *a lingua latina.*

USO DO PARTICIPIO FUTURO PASSIVO

211. EXERCICIO

(*E. n. 359, pag. 315 — Gram. n. 398, pag. 280*)

1. Virtus etiam in hoste laudanda est. — 2. Omnis memoria discordiarum oblivione sempiterna delenda est. — 3. Omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censeo. — 4. Vacandum est omni animi perturbatione. — 5. Obviam eundum est audaciae temeritatique. — 6. Multi nobis labores suscipiendi sunt, amici, adeundum vitae periculum. — 7. Adhibenda est quaedam reverentia adversus homines. — 8. Obliviscendum tibi injuriarum esse censeo. — 9. Haec nobis enodatius explicanda sunt. — 10. Nunc aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis et ipsorum et rei publicae causa consulendum, Quirites. — 11. Haec via tibi ingredienda est. — 12. Nulla possessio, nulla vis auri et argenti pluris quam virtus aestimanda est. — 13. Pericula mortis atque exsilii parvi sunt ducenda. — 14. P. Clodius dicebat nihil esse praestabilius otiosa vita et plena et conferta voluptatibus. Eos autem, qui dicerent, dignitati esse serviendum, rei publicae consulendum, officii rationem

in omni vita, non commodi, esse ducendam, subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. — 15. A vobis (*e não o dat.*) parentibus obtemperandum est. — 16. Socrates dixit sibi post tertium diem esse moriendum.

212. EXERCICIO

1. Todo homem deve servir-se da razão. — 2. Eu digo que todo homem deve servir-se da razão. — 3. Cumpre semear tambem depois de uma colheita má. — 4. Tambem o velho deve aprender. — 5. Os campos se devem cultivar para que produzam fructos. — 6. Deverei soffrer muitas molestias. — 7. Prevejo que deverei soffrer muitas molestias. — 8. Todos os homens devem morrer. — 9. O filho deve obedecer ao pae, não o pae ao filho. — 10. Todos os jovens devem respeitar os (seus) paes. — 11. Nós devemos esquecer as injurias recebidas. — 12. Os discipulos diligentes devem ser louvados pelos mestres. — 13. Ninguem duvida que os discipulos diligentes devam ser louvados pelo mestre. — 14. Nem todo o erro deve ser chamado estulticia. — 15. Muitos principes e muitos reis deviam obedecer á auctoridade do povo romano. — 16. Tu deves perdoar aos teus inimigos. — 17. Os soldados devem combater fortemente pela patria. — 18. Ninguem duvida que os soldados devam combater fortemente pela patria. — 19. Cicero escreveu ao seu filho: Se tu queres estudar as sciencias, não deves ficar em Roma, mas ir a Athenas. — 20. Os jovens não devem lêr muitos, mas bons livros. — 21. Não se deve aprender para a escola, mas para a vida. — 22. Nós não devemos invejar os ricos. — 23. Por vós deve-se responder a mim. — 24. O pae deve ser honrado por ti. — 25. Os réos devem ser julgados pelo juiz. — 26. Nesta cousa, meus filhos, deveis empregar a maxima diligencia. — 27. Pelos homens sabios devem-se desprezar as riquezas.

213. EXERCICIO

1. Occultae inimicitiae magis timendae sunt quam apertae. — 2. Nihil prorsus somniis tribuendum est. — 3. Ut religio propaganda est, sic superstitionis stirpes omnes ejiciendae sunt. — 4. Tria videnda sunt oratori quid dicat et quo quidque loco et quomodo. — 5. Puniendi delinquentes, uti sint reliquis documento et magnitudine penae perterreant alios. — 6. Sunt firmi et stabiles et constantes amici eligendi. — 7. Utendum erit viribus. — 8. Diligentia in omnibus rebus plurimum valet; haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda. — 9. Omnes censuerunt perfŭgam comprehendendum et, custodibus publicis datis, deducendum ad Hannibalem esse. — 10. In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens. — 11. Resistendum, amici, senectuti ejusque vitia diligentia compensanda sunt. Pugnandum, tanquam contra morbum, sic contra senectutem. Habenda ratio valetudinis: utendum esercitationibus modicis: tantum cibi et potionis adhibendum ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori soli subveniendum est, menti atque animo multo magis.

CORRESPONDENTE LATINO AO PARTICIPIO PORTUGUEZ

214. EXERCICIO

(*E. n. 380-381, pag. 332 — Gram. n. 399-400, pag. 281*)

1. Cum hostes appropinquarent, incolae omnes urbem reliquerunt. — 2. Cum philosophia animis medeatur, totos nos ei tradere debemus. — 3. Solus homo particeps est rationis, cum cetera omnia ejus expertia sint. — 4. Scribentes et legentes multum didicimus. — 5. Dux noster, cum hostes conspexisset, dimicare non dubitavit. — 6. Cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare. — 7. Cum copiae in unum locum contractae essent, Caesar impetum hostium exspectavit. — 8. Antigonus, cum adversus Seleucum dimicaret, in proelio occisus est. — 9. Miltiades, cum deditionem insulae postulavisset, a Lemniis irrisus est. — 10. Multi cum in potestate essent hostium aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exsilio, dolorem suum doctrinae studiis levaverunt. — 11. Cum discordia inter graecas civitates orta esset, potentia earum debilitata est. — 12. Cum urbs ab hostibus oppugnata esset, omnium civium animi ingenti terrore occupati sunt. — 13. Cum stipendium ex longo tempore non esset datum, seditio inter milites orta est. — 14. Mihi peregre (*de uma viagem*) redeunti obvii fuerunt parentes atque amici. — 15. Caesar milites cohortatus (=cum cohortatus esset) signum pugnae dedit.

215. EXERCICIO

1. Timotheo, filho de Conon, tendo perdido muitos navios num combate naval, foi accusado de traição e condemnado. — 2. Sendo tu escravo das paixões, és por ventura (num es) *apto* (aptus ad e gerundio acc.) *a reinar? — 3. Gritando tão forte* (tam vehementer) *accusas a ti mesmo; se fosses innocente não gritarias tão forte. — 4. Os Gregos, tendo sitiado dez annos inutilmente Troia, tomaram-n'a com engano* (abl. sem prep.) *— 5. Adquiriremos* (pario, 3) *gloria, não vivendo longamente, mas vivendo rectamente. — 6. Tambem castigando, os paes amam os seus filhos. — 7. Sendo homem, compadece-te* (misereor, 2) *dos infelizes. — 8. Os Romanos, tendo expugnado a cidade* (*de*) *Veios, destruiram-n'a. — 9. Sendo rei Numa Pompilio, segundo rei de Roma, os Romanos fizeram a paz com todos os povos. — 10. Lendo, ó meu filho, aprenderás muitas cousas. — 11. Socrates, tendo sido condemnado á morte* (capitis ou capite damno, 1) *foi constrangido* (*a*) *beber cicuta. — 12. Os soldados, receiando excessivamente grandes perigos, não combateram contra os inimigos. — 13. Os Romanos, não temendo perigo algum, lançaram-se* (me conjicio) *contra os inimigos. — 14. Tarquinio o Soberbo, não tendo podido tomar Gabio* (Gabii, iorum, m.) *pela força das armas, tomou*(*-a*) *pelo engano. — 15. Atravessando Julio os Alpes, apanhou*-(*o*) *uma tempestade* (tempestas). *— 16. Eumenes, vencido* (victus) *por Antigono, refugiou-se* (confugio) *num certo castello fortificado* (munitus).

GERUNDIO

216. EXERCICIO

(*E. n. 363, pag. 317 — Gram. n. 401, pag. 282*)

Gerundio genitivo. — 1. Libertas est potestas vivendi ut velis. — 2. Ego me Syracusas otiandi, non negotiandi causa contuli. — 3. Nulla causa justa cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi. — 4. Ferunt Epaminondam fuisse perstudiosum audiendi. — 5. In concilio Aeduorum Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum civitatis deferri; quod dictum Aedui graviter ferebant, neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant. — 6. Dumnorix, insuetus navigandi, mare timebat. — 7. Magna nobis spes erat vincendi. — 8. Parsimonia est scientia vitandi sumptus supervacuos, aut ars re familiari moderate utendi. — 9. Nullam moram interponendam insequendi Antonium putavi.

Gerundio dativo. — 1. Hostibus erant et virtute et numero pugnando pares nostri. — 2. Quam diu res publica per eos gerebatur, quibus se ipsa commiserat, agendo plus, quam scribendo, operae dabam. — 3. Ubi aetatem a re publica procul habendam decrevi, non fuit consilium agrum colendo aut venando, servilibus officiis, intentum aetatem agere, sed statui res gestas populi romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere. — 4. Quinquevĭri Pomptino agro dividendo creati sunt. — 5. Apta natando ranarum crura sunt.

Gerundio accusativo. — 1. Breve tempus aetatis satis longum est ad bene vivendum. — 2. Non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum. — 3. Contentum suis rebus esse plurimum confert ad bene beateque vivendum. — 4. Res est ad intellegendum facilis. — 5. Cicero Tironi, liberto suo, multa inter cenandum dictare solebat. — 6. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio. — 7. Quicquid habui virium, id in libertatem defendendam contuli. — 8. Quid turpius, quam ob judicandum pecuniam accipere? — 9. Mores puerorum se inter ludendum simplicius detĕgunt.

Gerundio ablativo. — 1. Ego vapulando, ille verberando usque, ambo defessi sumus. — 2. Hominis mens discendo alitur et cogitando. — 3. Caesar dando, sublevando, ignoscendo, Cato nihil largiundo gloriam adptus est. — 4. Prohibenda in puniendo maxime ira est. — 5. Stante re publica, Cicero in agendo plus, quam in scribendo operae ponebat. — 6. Cicero multum temporis adulescens discendi causa philosophiae tribuit; postea vero quam se totum rei publicae tradidit, tantum erat philosophiae loci, quantum superfuerat amicorum et rei publicae temporibus; id autem omne consumebatur in legendo, scribendi otium non erat. — 7. Verbum invidiae ductum est a nimis intuendo fortunam alterius. — 8. Homines ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. — 9. Summam ex discendo capio voluptatem.

217. EXERCICIO

Gerundio genitivo. — *1. Ha* (est) *sempre occasião de lêr; nem* (non) *sempre ha de ouvir.* — *2. E' sabido* (constat) *que a arte de escrever foi achada pelos Phenicios.* — *3. Não só o desejo de possuir,*

mas tambem o medo de perder, atormenta continuamente o avarento. — 4. Agora é tempo de combater. — 5. E' tempo de tentar cousas maiores. — 6. Que vida seria a nossa, tirando-se (=tirada) *toda a regra não só de disputar, mas tambem de viver? — 7. E' sabido que Pythagoras, Platão, Democrito e muitos outros homens famosos pelo desejo de aprender viajaram e visitaram as mais remotas regiões. — 8. A arte de reinar é difficil.*

Gerundio dativo. — *1. Vós vos mostrastes eguaes a nós em correr. — 2. Aquella agua é má para se beber. — 3. Philippe não é capaz* (idoneus) *de pagar. — 4. O outono é a estação apta para passear. — 5. Estava applicado* (deditus) *á leitura, quando tu me chamaste. — 6. O papel de embrulho* (charta emporetica) *é imprestavel* (inutilis) *para escrever.*

Gerundio accusativo. — *1. A solidão é aptissima para scismar. — 2. Os bois são aptos para arar. — 3. Aquelle mestre não é apto para ensinar. — 4. O homem nasceu para duas cousas: para entender e para operar. — 5. Nós recebemos da natureza os sentidos idoneos para perceber. — 6. O cavallo nasceu para* (ad) *correr, o boi para arar, o cão para procurar* (indago).

Gerundio ablativo. — *1. Errando aprende-se. — 2. Merecerás mais louvor supportando que vingando as injurias. — 3. A grandeza de Platão não arredou Aristoteles de escrever. — 4. Muito disputou Socrates sobre a felicidade humana* (bene beateque vivere). — *5. De dois modos póde-se adquirir a gloria: operando bem e escrevendo bem. — 6. Toda virtude consiste em viver honestamente, em não offender ninguem (e) em dar a cada um o seu. — 7. O' meus filhos, trabalhando alcançareis riquezas. — 8. Cavalgando e nadando, fortaleci o meu corpo. — 9. Tambem calando o homem póde mostrar* (declaro) *a sua vontade. — 10. O primeiro vinculo que se vê na sociedade de todo o genero humano é a razão e a palavra, a qual com o ensinar, com o aprender, com o communicar juntamente, com o disputar, com o julgar, concilia entre si os homens e os une numa sociedade natural.*

Construcção com o gerundio e com o gerundivo

218. EXERCICIO

(*E. n. 364, pag. 319 — Gram. n. 402, pag. 284*)

1. Ego me puto esse natum ferendis miseriis. — 2. Injurias ferendo majorem laudem quam ulciscendo merebĕre. — 3. Ars vera et falsa dijudicandi difficillima est. — 4. Homo multa instrumenta habet ad adipiscendam sapientiam. — 5. In voluptate spernenda virtus vel maxime cernitur. — 6. Effĕror studio patres vestros videndi. — 7. Ver tanquam adulescentiam significat ostenditque fructus futuros; reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accomodata sunt. — 8. Vestis frigoris depellendi causa reperta primo est. — 9. Superstitione tollenda religio non tollitur. — 10 Flagitiosum est ob rem judicandam pecuniam accipere. — 11. Tarquini Roma expulsi ad Porsennam, Clusinum regem, perfugerant, eumque monebant

ne orientem morem pellendi reges inultum sinĕret. — 12. Oratio, quae suscipitur ab oratore ad commutandos animos, intenta et vehemens esse debet. — 13. Oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. — 14. Eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi. — 15. Omnem occasionem exercendae virtutis arripere oportet. — 16. Vis venti apta faciendo igni coorta est. — 17. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est. — 18. Hoc genus armorum aptum erat tegendis corporibus. — 19. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri coepti sunt. — 20. Erat in Caesare cum facultas atque elegantia summa scribendi, tum verissima suorum scientia consiliorum explicandorum. — 21. Creatur Sp. Lucretius consul, qui magno natu, non sufficientibus jam viribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. — 22. Hannibal, spe potiundae Nolae adempta, Acerras recessit. — 23. Agro bene culto nil potest esse uberius nec ornatius; ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invītat atque allectat senectus.

219. EXERCICIO

1. Julio Cesar foi habilissimo (peritus) *na arte de governar o estado* (res publica). — *2. Nos jovens é grande o desejo de fazer alguma cousa. — 3. Nos nossos tempos quantos subsidios têm os jovens para adquirir o conhecimento das cousas! — 4. Vim para me desculpar* (purgo — com: causa ou: gratia e o gerundio genitivo); *vieste para te desculpar; veiu para se desculpar; viemos para nos desculpar; viestes para vos desculpar; vieram para se desculpar. — 5. Consagro a minha vida a livrar os homens dos perigos. — 6. Não ha algum motivo para tomar uma nova resolução. — 7. Uma grande multidão concorreu para ouvir o orador. — 8. Toda a elegancia no* (=de) *fallar se augmenta lendo os oradores e os poetas. — 9. No homem é innato o desejo de conhecer muitas cousas. — 10. O primeiro livro das* Disputações tusculanas *trata* (esse de) *do desprezo da morte. — 11. Estou occupado em* (in) *escrever cartas. — 12. Thimotheo atheniense foi experto em fazer a guerra e não menos em reger uma cidade. — 13. Jano, antiquissimo rei do Lacio, foi amestrado por Saturno na arte de cultivar os campos. — 14. Muitos são desejosos de fazer a guerra por desejo de gloria. — 15. Themistocles, perseguindo os piratas, tornou o mar seguro. — 16. Cesar estabeleceu* (consilium capere) *fazer voltar* (remitto) *a cavallaria.*

220. EXERCICIO

1. Cicero suum laborem hominum periculis sublevandis impertiebat.—2. Non paranda solum sapientia, sed fruenda etiam est. 3.—Justitiae fruendae causa videntur olim reges constituti. — 4. Expetuntur divitiae tum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates. — 5. Pythagoreorum more exercendae memoriae gratia quid quoque die dixerim, audierim, egerim commemŏro vesperi. — 6. Principes civitatis, Catilina, non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa, Roma profugerunt. — 7 Fortitudo in laboribus periculisque subeundis cernitur, temperantia in praeter-

mittendis voluptatibus, prudentia in delectu bonorum et malorum, justitia in suo cuique tribuendo. — 8. Legatos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat. — 9. Regium imperium, quod initio conservandae libertatis atque augendae rei publicae fuerat, post in superbiam dominationemque convertit (*subentendido: se*). — 10 Multarum civitatum principes ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cum solvendo civitates non essent. — 11. Me cupiditas cepit plura cognoscendi (*não: plurium cognoscendorum*).—12. Ubii purgandi sui causa ad Caesarem legatos miserunt. — 13. Cleopatra sui conservandi causa (*e não: conservandae*) aufugit. — 14. Haec vobis ego praecepta trado vestri instituendi causa. — 15. Haec ego praecepta trado adulescentium instituendorum causa. — 16. Asiae civitates solvendo non erant.

221. EXERCICIO

(*E. n. 365-366, pag. 321 — Gram. n. 403-404, pag. 285*)

1. Tempus est hujus libri facere finem. — 2. Tempus est jam de ordine argumentorum aliquid dicere. — 3. Consilium est eventum exspectare. — 4. Subito consilium cepi, ut (*em logar do infinito póde-se tambem usar ut e o subjunctivo*)ante lucem exirem. — 5. Quinctius oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria posset crescere.— 6. Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. — 7. Magister dedit mihi libros legendos. — 8. Antigonus Eumĕnem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. — 9. Caesar pontem in Arari faciendum curavit.

222. EXERCICIO

1. O costume de obedecer é mais facil que a arte de mandar. — 2. E' tempo de ir embora. — 3. Não tenho tempo (est mihi) *de responder a* (ad) *tudo isto. — 4. Era costume dos Gregos que as mulheres não se assentassem* (accumbo) *ao banquete com os homens* (convivium virorum). — *5. E' tempo de acabar o meu discurso. — 6. A todos os jovens é concedido* (data est facultas ut) *poder mostrar o seu talento e a sua doutrina. — 7. Nós damos aos meninos bonitos preceitos para aprender. — 8. Eu te entrego este livro para guardar. — 9. O commandante entregou a cidade aos soldados para saquear. — 10. A nossa cidade foi dada pelo inimigo aos soldados para ser saqueada.*

SUPINO

223. EXERCICIO

(*E. n. 367, pag. 321 — Gram. n. 405, pag. 285*)

1. Legati romani in castra Aeduorum venerunt questum injurias et ex foedere res repetītum. — 2. Tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam. — 3. Amice mi, quid agis? cur te is per-

dĭtum?— 4. Legati ad Caesarem venerunt oratum, ut sibi ignosceret suaeque vitae consuleret. — 5. Legati ad senatum venerunt auxilium postulatum. — 6. Fateor me peccavisse; id ideo te oratum advenio, ut ignoscas mihi. — 7. Hannĭbal multos milites misit speculatum castra romana. — 8. Ab Eumĕne legatio de victoria gratulatum venit. — 9. Quid potius faciam, priusquam me dormītum confero, non reperio. — 10. Metellus postquam de rebus actis compĕrit, cum maxima cura ultum ire injurias festinat. — 11. Haec res facilis est ad intellegendum. — 12. Verba haec ad audiendum jucunda sunt. — 13. Ex urbe cras rus habitatum migrabo. — 14. Volscos et Aequos praedatum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumque affertur. — 15. Eumĕnes cum Antigono conflixit eumque male acceptum in Mediam hiematum redire coēgit. — 16. Dumnŏrix aeduus ex Helvetiis uxorem habebat: sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates collocaverat. — 17. Fabius Pictor Delphos a Romanis missus est sciscitatum, quibus precibus deos placare possent. — 18. Cur non imus sessum? — 19. Dux verebatur ne pertinacia sua gentem universam perditum iret. — 20. Hannibal patriam defensum revocatus bellum gessit adversus P. Scipionem, filium ejus Scipionis, quem ipse primo apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugarat.

224. EXERCICIO

1. Meu pae é peritissimo no direito e frequentemente muitos veem consultal-o. — 2. Nós vamos muitas vezes caçar. — 3. A quem déste tua filha em casamento? — 4. Porque quereis arruinar-vos miseravelmente, ó amigos? — 5. No verão, vivemos no campo; durante o inverno, passamos (migro) *a morar na cidade. — 6. Uma immensa multidão concorreu á cidade para vêr os jogos publicos. — 7. Chabrias atheniense partiu espontaneamente para ajudar os Egypcios. — 8. Os Veientes mandaram embaixadores a Roma para pedirem a paz. — 9. Dae sempre de bôa mente a um velho logar para que se assente. — 10. Agesilau levou o exercito a passar o inverno* (hiemo) *em Epheso.*

225. EXERCICIO

(*E. n. 368, pag. 322 — Gram. n. 406, pag. 286*)

1. Plerăque dictu quam factu sunt faciliora.— 2. Incredibile memoratu est, quantum civitas nostra brevi creverit. — 3. Uva saepe peracerba gustatu est. — 4. Nihil facilius est scitu. — 5. Difficile est dictu quanto opere conciliet homines comitas affabilitasque sermonis. — 6. Nefas est dictu miserum fuisse Fabii Maximi senectutem. — 7. Quam miseranda sit vita eorum, qui se metui quam amari malunt, cuivis facile intellectu est. — 8. Quid est tam jucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio? — 9. O rem cum auditu crudelem, tum visu nefariam! — 10. Humanus animus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. — 11. Ita dictu est opus, si me vis salvum esse.

226. EXERCICIO

1. Isto é facil de se dizer e conhecer, mas difficil de se fazer. — 2. E' illicito dizer que o honesto e o util sejam uma mesma cousa. — 3. Para Deus nada é difficil de se fazer. — 4. Quanto mais breve é uma regra tanto é mais facil de ser entendida. — 5. Os oradores omittam tudo o que é illicito de se dizer. — 6. Não é permittido (nefas est) *dizer que todos os peccados são eguaes.*

---

§ III

TEMPOS

Uso dos tempos

1. — PRESENTE

227. EXERCICIO

(E. n. 370, pag. 323 — Gram. n. 407-408, pag. 287)

1. Vera gloria radices agit atque etiam propagatur; ficta omnia (*todos os fingimentos*) celeriter tanquam flosculi decĭdunt, nec simulatum potest quicquam esse diuturnum.—2. Concordia res parvae crescunt, discordia maximae dilabuntur.—3. Omnia orta occĭdunt; virtus una immortalis est. — 4. Caesar ea, quae sunt usui ad armandas naves, apportari jubet, ipse in Illyricum proficiscitur, civitatibus milites imperat certumque in locum convenire jubet. — 5. Post Orgetorigis mortem, Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant. Ubi jam se ad eam rem paratos arbitrati sunt, oppida sua omnia, vicos, reliqua privata aedificia incendunt; trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre jubent. — 6. Fortes fortuna adjŭvat, ut est in vetere proverbio. — 7. Dum elephanti trajiciuntur interim Hannibal Numĭdas equites ad castra romana miserat speculatum. — 8. Haec dum aguntur, interea Cleomĕnes jam ad Pelŏri litus pervenerat. — 9. Dum haec Veiis agebantur, interim arx Romae Capitoliumque in ingenti periculo fuit. — 10. Legiones scribit Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur. — 11. Apud Platonem Socrates in caelum effert laudibus Protagoram, se autem omnium rerum inscium fingit et rudem. — 12. Caesari cum id nuntiatum esset, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genĕvam pervenit: provinciae toti quam maximum potest militum numerum impĕrat: pontem, qui erat ad Genĕvam, jubet rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cujus legationis Nameius et Verudoctius principem locum obtinebant.

228. EXERCICIO

1. Platão chama aos prazeres engodo (illecĕbrae, arum) *e isca* (pl.) *do mal* (pl.) — *2. O poeta Ennio chama a ira principio de loucura. — 3. Pythagoras pensa* (existimo, censeo) *que os corpos celestes* (sidera suos volventia orbes) *têm um som tão suave que é uma maravilha*

ouvil-o (mire cano ad harmoniam).— *4. Livio escreve no prefacio das (suas) historias que nunca nenhuma republica foi maior, nem mais disciplinada* (sanctus), *nem mais rica de bons exemplos que a romana.* — *5. Lemos que Platão foi ao Egypto para* (ut e o subjunctivo) *aprender* (accipio) *daquelles sacerdotes a mathematica* (numeri, orum) *e a astronomia* (caelestia, orum). — *6. Como diz um antigo proverbio grego* (=dos Gregos), *tudo é commum entre os amigos.* — *7. Os Gaulezes, tendo conhecido* (certior fio) *a vinda de Cesar, levantam o cerco e se dirigem contra elle* (contendo ad) *com todas as suas forças* (copiae, arum). — *8. Quem encontra um amigo encontra um thesouro , diz um antigo proverbio.* — *9. Sabe-se que, depois da tomada de Troia, os Gregos tornaram-se crueis* (crudelitatem in aliquem exercere ou adhibere) *para com os Tarianos.* — *10. Lemos que Homero viveu* (esse) *muitos annos antes da fundação de Roma.* — *11. Emquanto estive na Sicilia, (não) foi abatida nenhuma estatua.* — *12. Emquanto eu estava preocupado nas cousas do estado, havia daquelles que sómente cuidavam das proprias.* — *13. Archytas costumava dizer que pela natureza não nos foi dado mal maior que o prazer do corpo.*

2. — PERFEITO

229. EXERCICIO

(E. n. 372-374, pag. 324 — Gram. n. 409, pag. 288)

1. Dicebat (*fallava*) melius, quam scripsit Hortensius. — 2. M. Attilius Regulus captus a Poenis, cum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit, deinde cum retineretur ab propinquis et amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. — 3. Fuimus Troes, fuit Illium et ingens gloria Teucrorum. — 4. Janus (*o templo de Jano*) bis post Numae regnum clausus fuit. — 5. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. — 6. Libido ulciscendi plerumque magnas civitates pessumdĕdit. —7. Qui studet optatam cursu contingere metam, multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit, abstinuit venĕre et vino. — 8. Omnia fere (*quasi todas as materias*) quae sunt conclusa nunc artibus (*que actualmente se acham reduzidas a regras de arte,*) dispersa et dissipata quondam fuerunt. — 9. Animus meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura provĭdet. — 10. Novi humanitatem tuam. — 11. Qui mentiri solet, pejerare consuevit. — 12. Regulus in senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret recusavit, reddi captivos negavit esse utile. — 13. Agesilaus Lacedaemonius cum a ceteris scriptoribus tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est; eo enim usus est familiarissime. — 14. Mars saepe spoliantem jam et exultantem (*o vencedor que já está para despojar o inimigo e tripudia pela victoria*) evertit et perculit ab abjecto (*pela mão do inimigo abatido*). — 15. Nemo nisi victor, pace bellum mutavit (*passa da guerra para a paz*). — 16. Avaritia pecuniae studium habet (*é sêde de dinheiro*), quam nemo sapiens concupivit.

230. EXERCICIO

1. Vivi (a minha vida acabou).—*2. Perdemos tudo, excepto a honra.* — *3. L. Lucullo governou muitos annos a provincia da Asia.*— *4. A cobiça do ouro estraga toda a virtude.* — *5. A ambição constrange muitos a terem uma cousa no peito, outra na bocca.* — *6. Verres teve sempre guerra declarada aos templos.* — *7. Depois da leitura dos annaes de Tito Livio fiquei inflammado de amor e de admiração para com o povo romano.* — *8. Tu* (*bem*) *conheces* (novi) *o preceito* (illud; omitte-se o substantivo) *de Apollo: Conhece* (nosco) *a ti mesmo.* — *9. Na idade media* (aetas media quae vocatur)*toda a Europa ficou* (jaceo) *envolvida* (involutus)*nas trevas* (caligo, singular)*e na ignominia* (sordes, ium)*da barbaria.* — *10. Muitos estragam* (effundo) *o* (*seu*) *patrimonio* (plural) *doando irreflectidamente.* — *11. O amor desmedido das riquezas expulsa* (subverto) *a fé, a probidade e toda a virtude,* (*e*) *em seu logar, ensina a soberba, a crueldade, o desprezo de Deus.*— *12. Quem encontra um amigo, encontra um thesouro.*

3. — IMPERFEITO

231. EXERCICIO

(*Gram. n. 410, pag. 288*)

1. Regulus Chartaginem rediit. Neque vero tum ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci, sed jusjurandum servandum putabat. — 2. Verres inflammatus scelere et furore, in forum venit; ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. — 3. Romae quotannis bini consules creabantur. — 4. Summam eruditionem (*cultura*) Graeci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus (*vocum cantus=o canto, o saber cantar; — cantus nervorum, o som, o saber tocar, propriamente instrumentos de corda: nervi*). — 5. Sophistae appellabantur, qui ostentationis aut quaestus causa philosophabantur. — 6. Titus Pomponius Atticus mendacium neque dicebat neque pati poterat. — 7. Caesar armis rem gerere constituit; videbat enim inimicorum in dies majorem fieri exercitum, suorum animos debilitari, reputabatque appropinquare hiĕmem. — 8. Q. Scaevola augur, cum esset summa senectute et perdita valetudine, cotidie, simul ac lucebat, faciebat omnibus conveniendi sui potestatem; nec eum quisquam bello Marsico vidit in lecto, senexque debilis primus veniebat in curiam.

232. EXERCICIO

1. Themistocles entregou-se (dedo) *completamente* (totus) *á cousa publica. Muito* (multum) *se occupava* (versari in) *de juizos privados; frequentes vezes apresentava-se* (prodeo in) *á*(*s*) *assembléa*(*s*) (contio) *do povo; nenhuma cousa importante* (major) *se tratava sem elle.* — *2. Os Athenienses mandaram embaixadores a Thucydides, que chefiava a frota nas costas da Thracia.* — *3. Os nossos antepassados cultivavam as suas terras, não desejavam com avidez as dos outros, e com estas artes augmentaram a republica de terras e cidades.* — *4. A*

philosophia antiga, até Socrates, tratava dos numeros e dos movimentos, estudava a grandeza dos astros, a sua distancia, (e) o seu curso. — 5. Diodoto viveu muitos annos em casa de Cicero. Era elle um philosopho estoico e cego; comtudo, attendia á philosophia muito mais assiduamente que antes.

233. EXERCICIO

(*E. n. 371, pag. 324 — Gram. n. 410, observação á lettra: a, pag. 288*)

1. Brevi spatio interjecto, hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere, lapides gaesaque in vallum conjicere. Nostri primo integris viribus fortiter repugnare neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere; ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo occurrere et auxilium ferre; sed hoc superari, quod diuturnitate pugnae hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant; quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat. — 2. Jamque dies consumptus erat, cum tamen barbari nihil remittere atque acrius instare. — 3. Reges populique finitimi Romanos bello tentare, pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri metu perculsi a periculis aberant. At Romani, domi militiaeque intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam parentesque armis tegere: post, ubi pericula virtute, propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant. — 4. Ubi, omnibus rebus exploratis, M. Petreius C. Antonii legatus tuba signum dat, cohortes paulatim incedere jubet; idem facit Catilinae exercitus. Postquam eo ventum est, unde proelium committi posset, maximo clamore cum infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, pristinae virtutis memores, commĭnus acriter instare, illi haud timidi resistunt: maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis accersere, omnia providere, multum ipse pugnare, saepe hostem ferire; strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur.

---

4. — MAIS QUE PERFEITO

234. EXERCICIO

(*Gram. n. 411, pag. 289*)

1. Mortuus erat Agis rex Lacedaemoniorum frater Agesilai; filium reliquerat Leotychĭdem. Is de honore regni cum Agesilao contendit. — 2. Titus Manlius Torquatus filium suum, quod is contra imperium pugnaverat, necari jussit. — 3. Caesar, ut constituerat, in Italiam proficiscitur (*presente historico*). — 4. Themistocles omnium civium perceperat nomina. — 5. Caesar, quo consuerat, intervallo hostes sequitur (*presente historico*) et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit. — 6. Recordabantur milites se superiore anno in Hispania maximum bellum confecisse, meminerant maxima-

rum se gentium victores discessisse. — 7. Noveram humanitatem tuam. — 8. Messanam, ut quisque venerat, haec visere solebat. — 9. Alcibiades, simul ac se remiserat, intempĕrans reperiebatur. — 10. Pyrrhi temporibus (=*quando vivia Pyrrho*), jam Apollo versus facere desierat. — 11. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi praeter opinionem res ceciderat, tamen resistere ausi non sunt: dixerant enim se urbem dedituros.

235. EXERCICIO

1. Pausanias foi enterrado no mesmo logar onde perdera a vida. — 2. Quando eu vi Antonio, já tinha mudado de parecer. — 3. Cesar recordava-se de tudo, excepto das injurias. — 4. Os homens bons não odeiam ninguem, nem os malvados; odeiam o vicio. — 5. Marco Petreio, homem que viveu na milicia (homo militaris), *conhecia* (nosco) *a maioria dos* (*seus*) *soldados e as suas proezas* (fortia facta) *e recordando-as* (commemŏro, gerundio ablativo) *accendia os* (*seus*) *animos. — 6. Os Gaulezes eram sequiosos de liberdade* (libertati studeo) *e odiavam a condição* (condicio) *de escravo* (=de escravidão).

---

5. — FUTURO

236. EXERCICIO

(*E. n. 369, pag. 322 — Gram. n. 412, pag. 289*)

1. Illo tempore res publica florebit. — 2. Qui adipisci veram gloriam volet, justitiae fungatur officiis. — 3. Tu pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quaecumque erunt. — 4. Consuetudo laborum perpessionem dolorum efficiet faciliorem. — 5. Nemo sapiens, nisi fortis; non cadet ergo in sapientem aegritudo. — 6. Majorem laudem merebĕre injurias patiendo quam ulciscendo. — 7. Quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. — 8. In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie. Ibi fac ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. — 9. Cum tu haec leges, ego illum fortasse convenero. — 10. Multum ad ea, quae quaerimus, explicatio tua ista profecerit. — 11. Quid incertum sit, paulo post videro.—12. Sed de hoc tu ipse viděris.—13. Ubi istuc venero, rem tibi exponam.—14. Profecto beati erimus, cum corporibus relictis et cupiditatum et aemulationum erimus expertes. —15. Causam investigato in re nova, si poteris; si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa.—16. Si

quid ab homine tuae utilitatis causa detraxeris, inhumane feceris. — 17. Virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quaedam arma dederimus. — 18. Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelleges, quid fieri velim.

237. EXERCICIO

1. Fallarei antes da gravidade da guerra, em seguida da eleição que se deve fazer do commandante desta guerra. — 2. O jovem estudioso distribuirá criteriosamente o seu tempo; dirá: isto farei de manhã, isto de tarde; nunca descuidará dos seus deveres, porque pensará que o tempo passado não volta mais. — 3. Os bons cidadãos fugirão as guerras intestinas e as discordias civis, e em qualquer cousa se proporão a grandeza da patria. — 4. Procurarás antes ser justo que sabio, porque muito poderá a justiça sem a sabedoria, nada a sabedoria sem a justiça.— 5. Os homens honestos confessarão ingenuamente a propria falta. — 6. Tu, se me queres (bem), não desistirás do que emprehendeste, mas terminal-o-ás. — 7. O cidadão virtuoso (fortis ac bonus) *fugirá as discordias* (seditio) *e as malfazejas* (pestifer) *guerras civis, consagrar-se-á* (trado) *toda á patria* (res publica) *e seguirá* (adheresco alicui rei) *em tudo a justiça e a honestidade. — 8. Meu irmão parte amanhã. — 9. Apenas chegue, escrever-te-ei logo. — 10. Alguns julgam que o orador possa escurecer a verdade; quanto rectamente julgam estes, vós o vereis. — 11. Enviar-te-ei os livros que me pedes, se encontrar a quem confial-os com segurança. — 12. Qual seja a verdadeira amizade, breve o veremos. — 13. Se fôres com os sabios, tornar-te-ás sabio. — 14. Quem quizer adquirir a verdadeira gloria, cumpra os deveres da justiça. — 15. Explica-me, por favor, toda a doutrina de Zenão e dos Estoicos; muito será util* (proficio, futuro perfeito) *para o nosso assumpto* (ad ea quae quaerimus) *esta explicação. — 16. Peço-te* (rogo ut) *que te recordes de mim; sempre me recordarei* (memini) *de ti.*

238. EXERCICIO

1. Valebis meaque negotia videbis meque diis juvantibus ante brumam exspectabis. — 2. Aegritudo (*tristeza*) perturbatio est animi; semper igitur ea sapiens vacabit. — 3. Paucis diebus (*entre poucos dias*) in Pompeianum, post in haec Puteolana et Cumana regna (*é Cicero que falla das suas villas*) renavigaro. — 4. Quae fuerit causa, mox videro. — 5. Sitne malum dolor necne, Stoici viderint (*é questão que deixo aos Estoicos*). — 6. Qui se ipse norit (*conhecer*), aliquid sentiet se habere divinum.— 7. De Herode et Mettio meminero et de omnibus, quae te velle suspicabor. — 8. Ut sementem feceris (*como tiveres semeado*), ita metes. — 9. Si te rogavero, nonne respondebis? — 10. Naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. — 11. Qui Antonium oppresserit (*abater*), is hoc bellum taeterrimum confecerit (*acabará*). — 12. Gratissimum mihi feceris (*farás*), si quam primum ad me veneris (*se vieres*).

Uso dos tempos no estylo epistolar

239. EXERCICIO

(*E. n. 375, pag. 325 — Gram. n. 413, pag. 291*)

1. Unam adhuc a te epistulam acceperam (=accepi). — 2. Eo die (=hodie) eram (sum) cenaturus apud Pomponium. — 3. Alteram tibi eodem die (=hodie) hanc epistulam scripsi (=scribo) et pridie (=heri) dederam (=dedi) mea manu longiorem. — 4. Ita erant (=sunt) omnia, quae istinc afferebantur (=afferuntur) incerta, ut quid ad te scriberem. — 5. Scribis te mecum esse victurum; gratissima mihi tua voluntas est. — 6. Dabo operam, ut mandata tua percifiam. — 7. Sed haec et multa alia (*subentendido: tractabimus*). — 8. Cicero Attico salutem (*subent. dicit.*). — 9. Idibus Juniis, Cypro. — 10. Cum antea vitae me taedebat, tum vero hoc tempore vita nulla est. — 11. Vale. Data Nonis Martiis, ex castris Taricheis. — 12. Nihil habebam quod scriberem; neque enim novi quidquam audieram et ad tuas omnes rescripseram pridie. — 13. Pridie Idus Februarias haec scripsi ante lucem. — 14. Ego te maximi et feci semper et facio. — 15. Etiam atque etiam vale. XIV Kal. Quintiles, Thessalonicae.

APPENDICE

Pequena Anthologia Ciceroniana

I

DO EPISTOLARIO CICERONIANO « AD FAMILIARES »

1. — CIC. BASILIO S. D.

Tibi gratulo: mihi gaudeo: te amo: tua tueor. A te amari, et quid agas, quidque istic agatur, certior fieri volo. Vale.

2. — M. T. C. TERENTIAE SUAE S. D.

Ad ceteras meas miserias accessit dolor de Dolabellae valetudine et Tulliae. Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu, velim, tuam et Tulliae valetudinem cures. Vale.

3. — M. T. C. TERENTIAE SUAE S. D.

Si vales, bene est, ego valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi et scriptum, et nuntiatum est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Caesaris litteris certiorem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit: si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura, ut valeas. Vale. Dat. IV. Nonas Iunias.

4. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. E. V. Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis, et saepius. Nunc quae sunt negocia, vides. Ego autem quo modo sim affectus, ex Lepta et Trebatio poteris cognoscere. Fac ut tuam, et Tulliae valetudinem cures. Vale.

5. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis, aut postridie. Ibi ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et (ut arbitror) diutius ibi commorabimur. Labrum, si in balneo non est, ut sit, item cetera, quae sunt ad victum et ad valetudinem necessaria. Vale. Kal. Octob. de Venusino.

6. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Si vales, bene est: ego valeo. Da operam ut convalescas. Quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas, atque administres: et ad me de omnibus rebus quam saepissime litteras mittas. Vale.

7. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. E. V. Nos neque de Caesaris adventu, neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. III. Id. Sextiles.

8. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Si vales, bene est, ego valeo. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Caesari mittere, sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen, quid velimus, et quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. K. Quinctiles.

9. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Si vales, bene est, ego valeo. Redditae mihi tandem sunt a Caesare litterae satis liberales; et ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum expectem, quum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pr. Id. Sext.

10. — TULLIUS TIRONI S. D.

Expecto tuas litteras de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum, et aliud, si quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor. Scio tibi curae esse: sed confice. Et si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id non tenet, advŏla. Litteras tuas valde expecto. Vale.

11. — TULLIUS TIRONI S. D.

Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo: sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. Libros compone: indicem, cum Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu vivendum est. Cum olitore, ut videtur. Tu potes Kalendis spectare gladiatores, postridie redire, et ita censeo. Verum, ut videbitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

12. — TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae. De qua nihil est, quod ad te plura scribam: tibi enim aeque magnae curae esse certo scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum. Etiam antea fecissem: sed me multa impedierunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio expecto litteras, quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

13. — CIC. MEMMIO S. D.

Aulum Fufium, unum ex meis intimis, observantissimum, studiosissimumque nostri, eruditum hominem, et summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum. Ipsum praeterea summo officio, et summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

14. — M. T. CICERO SER. SULPICIO S. D.

Asclapone Patrensi, medico, utor familiariter, eiusque quum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum; in qua mihi quum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, benevolentiaque satis fecit. Hunc igitur tibi commendo, et a te peto, ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

15. — M. T. C. SER. SULPICIO S. D.

Hagesaretus Larissaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magno opere commendo, ut et hospitem, et familiarem meum, et gratum hominem, et virum bonum, et principem civitatis suae, et tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

16. — M. T. C. Q. ANCHARIO PROCOS. S. D.

Lucium et Caium Aurelios, Lucii filios, quibus et ipsis et patre eorum, viro optimo, familiarissime utor, commendo tibi maiorem in modum, adulescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. Si ulla mea apud te commendatio valuit, quod scio multas plurimum valuisse, haec ut valeat, rogo. Quod si eos honorifice liberaliterque tractaris, et tibi gratissimos, optimosque, adulescentes adiunxeris, et mihi gratissimum feceris. Vale.

17. — CIC. AQILIO PROCOS. S. D.

Lucius Bruttius, eques romanus, adulescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meque observat diligentissime: cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaestura mea Siciliensi. Omnino nunc ipse Bruttius Romae mecum est: sed tamen domum eius et rem familiarem, et procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. Gratissimum mihi feceris, si curaris ut intelligat Bruttius id, quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

18 — M. T. C. SILIO S. D.

Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipsi diligis? sed tamen ut scires eum a me non diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec scribo. Omnium tuorum officiorum, quae et multa et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat et se a me, et me a te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Utamur igitur vulgari consolatione, « Quid, si hoc melius? » Sed haec coram. Tu fac, quod facis, ut me ames, teque amari a me scias. Vale.

19. — M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CUR. S. D.

Marco Fabio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor, mirificeque eum diligo quum propter summum eius ingenium, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, quum tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer expecto et desidero: in primisque quid agas, scire cupio: nam iam diu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos adferebatur. Vale.

20. — M. T. C. CORNIFICIO S. D.

Sextus Aufidius et observantia, qua me colit, accedit ad proximos et splendore equiti romano nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magisve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

21. — M. T. C. LENTULO S. D.

Aulo Trebonio, qui in tua provincia magna negotia et ampla et expedita habet, multos annos utor valde familiariter. Is quum antea semper et suo splendore et nostra caeterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in provincia fuit tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostramque necessitudinem vehementer confidit, his meis litteris se apud te gratiosum fore. Quae ne spes eum fallat, vehementer te rogo commendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam: in primisque ut, quae T. Ampius de eius re decrevit, ea comprŏbes, omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

TRECHOS VARIOS

22. — THEMISTOCLES E OS TROPHEUS DE MILCIADES. — Noctu ambulabat in publico Themistocles, cum somnum capere non posset, quaerentibus respondebat Miltiadis tropaeis se e somno suscitari. Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria.

23. — BELLA RESPOSTA DE UM ESPARTANO. — E Lacedaemoniis unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset glorians: *Solem prae jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis. In umbra igitur,* inquit, *pugnabimus.*

24. — UMA MÃE ESPARTANA. — Lacaena quaedam cum filium in proelium misisset, et interfectum audisset: *Idcirco,* inquit, *genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.*

25. — O PHILOSOPHO THEODORO A LYSIMACHO. — Theodoro philosopho cum Lysimachus rex crucem minaretur, *Istis,* inquit, *quaeso, ista horribilia minitare purpuratis tuis; Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat.*

26. — DITO DO POETA LUCILIO. — C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, dicere solebat, ea, quae scriberet, neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse.

27. — DITO CHISTOSO DE GRANIO. — Patrono malo, cum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet, simulac domum redisset: *Perdam,* inquit, *vocem si id fecero. Melius est,* inquit, *quam reum.*

28. — DESPREZO DAS RIQUEZAS. — Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati sunt; non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare.

29. — DITO FACETO DE UM SICILIANO. — Siculus quidam, cui praetor Scipio patronum causae dabat hospitem suum hominem nobilem, sed admodum stultum: *Quaeso,* inquit, *praetor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis.*

30 — PREDICÇÃO DOS MAGOS A RESPEITO DE ALEXANDRE MAGNO. — Qua nocte templum Ephesiae Dianae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum, atque, ubi lucere coepisset, clamitasse magos pestem ac perniciem Asiae proxuma nocte natam.

31. — DITO DE THEMISTOCLES. — Themistocles fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, cum ille dixisset non eum sua, sed patriae gloria splendorem adsecutum: *Nec hercule,* inquit, *si ego Seriphius essem, nec tu si Atheniensis, clarus unquam fuisses.*

32. — MODESTIA DE SOCRATES. — Cum multa in conventu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent, ab ipso autem Socrate sublevatus, cum illa sibi insita sed ratione a se dejecta diceret.

33. — DITO GRACIOSO DE CATULO. — Orator quidam malus cum in epilogo misericordiam se movisse putaret, postquam adsedit, rogavit Catulum videreturne misericordiam movisse: *Ac magnam quidem,* inquit, *neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit.*

34. — NOBRES PALAVRAS DA MÃE DE SPURIO CARVILIO. — Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob rempublicam accepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit: *Quin prodis, mi Spuri? quotienscumque gradum facies, totiens tibi tuarum virtutum veniet in mentem.*

35. — O JACTANCIOSO HUMILHADO. — Q. Maximus Tarentum qua vigilantia, quo consilio recepit! Salinatori, qui amisso oppido fuerat in arce, glorianti atque ita dicenti: *Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti: Certe,* inquit ridens, *nam nisi tu amisisses, nunquam ego recepissem.*

36. — DIOGENES O CYNICO. — Diogenes Cynicus projici se jussit inhumatum. Tum amici: *Volucribusne et feris? Minime vero,* inquit, *sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. Qui poteris?* illi; *non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?*

37. — CADA UM DEVE CUIDAR DAS COUSAS PARA AS QUAES É IDONEO. — Alabadensis Apollonius, cum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere dimittebatque et ad quam quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat.

38. — STILPÃO DE MEGARA. — Stilponem, megaricum philosophum, acutum sane hominem et probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares ebriosum fuisse, neque haec scribunt vituperantes, sed potius ad laudem; vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo unquam vinolentum illum viderit.

39. — M. LEPIDO. — M. Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poëtae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio colle-

ga, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent.

40. — DITO DE CATÃO A RESPEITO DOS ARUSPICES. — Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex haruspicem cum vidisset. Quota enim quaeque res evenit praedicta ab istis? aut, si evenit quippiam, quid adferri potest, cur non casu id evenerit?

41. — ANIMO GRANDE DE FABRICIO. — Cum rex Pyrrhus populo romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti, perfŭga ab eo venit in castra Fabricii eique est pollicitus, si praemium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque ejus factum a senatu laudatum est.

42. — DITO ARGUTO DE CAIO FABRICIO. — Cum C. Fabricio P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus imperator, gratias ageret, quod se, homo inimicus, consulem fecisset, bello praesertim magno et gravi: *Nihil est quod mihi gratias agas*, inquit, *si malui compilari quam venire.*

43. — INTEMPERANÇA DE XERXES. — Xerxes refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem; qua ipsa inventa non fuit contentus; neque enim unquam finem inveniet libido.

44. — A MELHOR AUDIÇÃO PARA THEMISTOCLES. — Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, *quod acroama aut cujus vocem libentissime audiret: ejus a quo sua virtus optime praedicaretur.*

45. — BIAS. — Saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opīnor, qui numeratur in septem; cujus cum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret: *Ego vero*, inquit, *facio; nam omnia mecum porto mea.* Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putavit, quae nos appellamus etiam bona.

46. — PALAVRAS DE SOCRATES A CRITÃO. — Cum Socrates de immortalitate animorum disputavisset et jam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone, quem ad modum sepeliri vellet: *Mullum vero*, inquit, *operam, amici, frustra consumpsi. Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quidquam relictum. Verum tamen, Crito, si me assequi potueris aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur.*

47. — A FOME E A SÊDE SÃO OS MELHORES TEMPEROS DAS BEBIDAS E COMIDAS. — Dareus in fuga, cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisset jucundius, nunquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemaeus ederat, cui cum peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Socraten ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet quaesitumque esset ex eo, qua re id faceret, respondisse se, quo melius ceneret, obsonare ambulando famem.

48. — IMPIEDADE DE DIONYSIO O ANTIGO. — Dionysius, cum ad Peloponnesum classem appulisset, et in fanum venisset Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Jovem ornarat e manubiis Carthaginiensium tyrannus Gelo, atque in eo etiam cavillatus est aestate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum, eique laneum pallium injecit, cum id esse ad omne anni tempus diceret. Idemque Aesculapii Epidauri barbam auream demi jussit: neque enim convenire barbatum esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis esset.

49. — MILCIADES MORRE NA PRISÃO. — Miltiades victor, dominatorque Persarum, nondum sanatis vulneribus iis quae corpore adverso in clarissima victoria acceperat vitam ex hostium telis servatam in civium vinculis profudit.

50. — MEMORIA DE THEMISTOCLES. — Themistocles cum ei Simonides aut quis alius artem memoriae polliceretur: *Oblivionis* inquit, *malem; nam memini etiam quae nolo, oblivisci non possum quae volo.*

51. — O VELHO APPIO CLAUDIO. — Ut petulantia, ut libido magis est adulescentium quam senum, nec tamen omnium adulescentium, sed non proborum; sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius (Claudius) regebat et caecus et senex; intentum enim animum tanquam arcum, habebat nec languescens succumbebat senectuti; tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos, metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigebat in illa domo patrius mos et disciplina.

52. — RESPEITO AOS VELHOS. — Lysandrum Lacedaemonium, dicere aiunt solitum, Lacedaemŏnem esse honestissimum domicilium senectutis; nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriae proditum est, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset magno consessu, locum nusquam ei datum a suis civibus; cum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui legati cum essent, certo in loco consederant, consurrexisse omnes illi dicuntur et senem sessum recepisse. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse et iis quendam Athenienses scire, quae recta essent, sed facere nolle.

53. — ALEXANDRE JUNTO DA SEPULTURA DE ACHILLES. — Quam multos scriptores rerum suarum Magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset: *O fortunate*, inquit, *adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!* Et vere: nam nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus contexerat, nomen etiam obruisset.

54. — ESTUDO DA MUSICA ENTRE OS GREGOS. — Summam eruditionem Graeci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus; igitur et Epaminondas, princeps meo judicio Graeciae, fidibus praeclare cecinisse dicitur, Themistoclesque aliquot ante annis, cum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior. Ergo in Graecia musici floruerunt, discebantque id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur.

55. — ANACHARSIS NÃO DAVA APREÇO AO DINHEIRO. — Scythes Anacharsis pro nihilo pecuniam ducebat. Illius epistula fertur his verbis: *Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scyticum tgĭmen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames; lacte, caseo, carne vescor. Qua re ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel dis immortalibus dona*

56. — O POETA ANTIMACHO. — Antimachus, clarus poëta cum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum volumen suum et eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent: *Legam*, inquit, *nihilominus: Plato enim mihi unus instar est centum milium.* Et recte. Poëma enim reconditum paucorum approbationem, oratio popularis adsensum vulgi debet movere.

57. — THALES. — Ferunt Milesium Thalem, ut objurgatores suos convinceret ostenderetque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, ante quam florere coepisset, in agro Milesio coëmisse. Animadverterat fortasse quadam scientia olearum ubertatem fore. Et quidem idem primus defectionem solis, quae Astyăge regnante facta est, praedixisse fertur.

58. — O ALIMENTO DOS ESPARTANOS. — Cum in Lacedaemoniorum philitiis tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat: *Minime mirum; condimenta enim defuerunt. Quae tandem?* inquit ille. *Labor in venatu, sudor, cursus ad Eurotam, fames, sitis; his enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur.*

59. — SONHO DE SOPHOCLES. — Sophocles, poëta divinus, cum ex aede Herculis patĕra aurea gravis surrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Quod semel ille iterumque neglexit. Ubi idem saepius, ascendit in Arium pagum, detulit rem; Areopagitae comprehendi jubent eum, qui a Sophocle erat nominatus; is quaestione adhibita confessus est pateramque rettulit. Quo facto fanum illud Indicis Herculis nominatum est.

60. — GRANDE PODER DA MUSICA. — Adsentior Platoni nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos, quorum dici vix potest, quanta sit vis in utramque partem. Namque et incitat languentes et languefacit excitatos et tum remittit animos, tum contrahit, civitatumque hoc multarum in Graecia interfuit antiquum vocum servare modum: quarum mores lapsi ad mollitias pariter sunt immutati cum cantibus.

61. — NÃO NASCEMOS SÓ PARA NÓS. — Non hac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta exspectaret a nobis, ac, tantum modo nostris ipsa commodis serviens, tutum perfugium otio nostro suppeditaret et tranquillum ad quietem locum, sed ut plurimas ad maximas nostri animi, ingenii, consilii partis ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur tantumque nobis in nostrum privatum usum, quantum ipsi superesse posset, remitteret.

62. — CONJECTURAS SOBRE QUINTO ROSCIO AINDA CRIANÇA. — Roscius cum esset in cunabulis educareturque in Solonio, qui est campus agri Lanuvini, noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Quo aspectu exterrita clamorem sustulit. Pater autem Roscii ad haruspices rettulit, qui responderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque hanc speciem Pasitĕles caelavit argento et noster expressit Archias versibus.

63. — O POETA ENNIO E SCIPIÃO NASICA. — Cum ad poëtam Ennium venisset Nasica eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset, domi non esse, Nasica sensit, illam domini jussu dixisse, et illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius et eum a janua quaereret, exclamat Nasica, se domi non esse. Tum Ennius: *Quid? ego non cognosco vocem*, inquit, *tuam?* Hic Nasica: *Homo es impudens. Ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?*

64. — GORGIAS LEONTINO E ENNIO. — Leontinus Gorgias centum et septem complevit annos neque unquam in suo studio atque opere cessavit. Qui, cum ex eo quaereretur, cur tam diu vellet esse in vita: *Nihil habeo*, inquit, *quod accusem senectutem.* Praeclarum responsum et docto homine dignum. Sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt; quod non faciebat Ennius, qui annos septuaginta natus, ita ferebat duo, quae maxima putantur, onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur.

65. — A MÁ CONSCIENCIA NUNCA ESTÁ SEGURA. — Nolite putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis, eos, qui aliquid impie sceleratèque commiserint, agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat amentiaque afficit; suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae sunt impiis assiduae domesticaeque furiae, quae dies noctesque poenas a conscelerati repetant.

66. — MENOSPREZO DAS RIQUEZAS. — Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis Athenis, praesertim, maxuma, abduxit legatos ad cenam in Academiam, iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari juberet: *Quid? vos hesterna,* inquit, *cenula non intellexistis me pecunia non egere?* Quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur.

67. — NESTOR. — Apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicat. Tertiam jam enim aetatem hominum vivebat, nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insŏlens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, *ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio,* quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus. Et tamen dux ille Graeciae nunquam optat ut Ajacis similes habeat decem sed ut Nestŏris: quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura.

68. — HIPPIAS DA ELIDA. — Eleus Hippias, cum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poëtarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, sed anulum quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse.

69. — GRANDE DESEJO DE APRENDER. — Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? quantum Aristoxeni ingenium consumptum videmus in musicis? quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris duxisse? Quid de Pythagora? quid de Platone aut de Democrito loquar? a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. Quae qui non vident, nihil unquam magnum ac cognitione dignum amaverunt.

70. — ORIGEM DA ASTROLOGIA. — Principio Assyrii propter planitiam magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, trajectiones motusque stellarum observitaverunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset. Eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti putantur. Cilĭcum autem, et Pisidarum gens, et his finitima Pamphylia, quibus nationibus praefuimus, ipsi volatibus avium cantibusque, ut certissimis signis, declarari res futuras putant. Quam vero Graecia, coloniam misit in Aeoliam, Joniam, Asiam, Siciliam, Italiam, sine Pythio, aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? Aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est?

71. — EPAMINONDAS E LEONIDAS. — Cum Epaminondas vicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere exanimari se videret, ut primum dispexit, quaesivit, salvusne esset clipĕus. Cum salvum esse flentes sui respondissent, rogavit, essentne fusi hostes. Cum id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. Ita multo sanguine profuso in laetitia et victoria est mortuus. Leonidas autem, rex Lacedaemoniorum, se in Thermopylis trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis aut gloriosa mors, opposuit hostibus.

72. — LOUVOR Á PHILOSOPHIA. — O vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti, tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litterarum et vocum communione junxisti, tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti. Ad te confugimus, a te opem petimus, tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus.

73. — AO UTIL DEVE-SE PREFERIR O HONESTO. — Themistocles post victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit in contione se habere consilium reipublicae salutare, sed id sciri non opus esse; postulavit, ut aliquem populus daret quicum, communicaret. Datus est Aristides; huic ille, classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse, quo facto frangi Lacedaemoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audisset, in contionem magna exspectatione venit, dixitque perutile esse consilium quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt totamque rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide, repudiaverunt.

74. — DEVERES DOS JOVENS. — Est adulescentis, majores natu vereri exque iis deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur, ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem haec aetas a libidinibus arcenda est exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis, ut eorum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos et dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiae: quod erit facilius, si in ejusmodi quidem rebus majores natu interesse velint.

75. — UM SONHO DE ALEXANDRE MAGNO. — Cum Ptolemaeus, familiaris Alexandri, in proelio telo venenato ictus esset eoque vulnere summo cum dolore moreretur, Alexander adsĭdens somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur drąco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre et simul dicere, quo illa loci nasceretur — neque is longe aberat ab eo loco — ejus autem esse vim tantam, ut Ptolemaeum facile sanaret. Cum Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emissi sunt, quii llam radiculam quaererent; qua inventa et Ptolemaeus sanatus dicitur et multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati.

76. — PUBLIO CORNELIO SCIPIÃO AFRICANO, O MAIOR. — P. Scipionem, eum qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere ejus aequalis, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset. Magnífica vero vox et magno viro ac sapiente digna; quae declarat, illum et in otio de negotiis cogitare at in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret unquam et interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duae res, quae languorem adferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo. Ille requiescens a rei publicae pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando et e coetu hominum frequentiaque interdum, tanquam in portum, se in solitudinem recipiebat.

77. — PERSEVERANÇA DE DEMOSTHENES. — In atheniense Demosthene tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius esse locutus putaretur. Deinde cum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est adsecutus, ut una continuatione verborum, id quod ejus scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur. Qui etiam, ut memoriae proditum est, conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat: neque is consistens in loco, sed inambŭlans atque adscensu ingrediens arduo.

78. — DIONYSIO, TYRANNO DE SYRACUSA. — Cum esset Dionysius bonis parentibus atque honesto loco natus abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, credebat eorum nemini, sed iis, quos ex familiis locupletium servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convĕnis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter injustam dominatus cupiditatem in carcerem quodam modo ipse se incluserat. Quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his ipsis, cum jam essent adultae, ferrum removit instituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.

79. — GRANDE CUIDADO NA ESCOLHA DOS AMIGOS. — Scipio querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; capras et oves quot quisque haberet, dicere posse, amicos quot haberet non posse dicere, et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis neglegentes esse nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus, eos, qui ad amicitias essent idonei, judicarent.

80. — USO DA SEPULTURA ENTRE OS VARIOS POVOS. — Condiunt Aegyptii mortuos et eos servant domi; Persae etiam cera circumlĭtos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optumates domesticos.

Nobile autem genus canum illud scimus esse; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque optumam illi esse censent sepulturam.

81. — CICERO NARRA O SEU REGRESSO DO EXILIO. — Meus reditus is fuit, ut a Brundisio usque ad Romam agmen perpetuum totius Italiae viderit. Neque enim regio ulla fuit nec municipium neque praefectura aut colonia, ex qua non ad me publice venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos, quid effusiones hominum ex oppidis, quid concursus ex agris patrum familias cum conjugibus ac liberis, quid eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque sollemnes apud omnes sunt adventu meo redituque celebrati? Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, cum senatum egressum vidi populumque Romanum universum, cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum progredi visa est. Quae me ita accepit, ut non modo omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres omnis fortunae ac loci, sed etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari.

82. — DOIS SONHOS. — Illa duo somnia, quae creberrime commemorantur a Stoicis, quis tandem potest contemnere? Unum de Simonide: qui cum ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo quem sepultura affecerat: si navigasset, eum naufragio esse periturum: itaque Simonidem redisse: perisse ceteros, qui tum navigassent. Alterum ita traditum, clarum admodum somnium. Cum duo quidam Arcădes familiares iter una facerent et Megaram venissent, alterum ad cauponem devertisse, ad hospitem alterum. Qui ut cenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur. Eum primo perterritum somnio surrexisse: dein cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. Tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur: se interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum et supra stercus injectum: petere, ut mane ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret. Hoc vero somnio eum commotum mane bubulco praesto ad portam fuisse: quaesisse ex eo, quid esset in plaustro: illum perterritum fugisse: mortuum erŭtum esse: cauponem, re patefacta, poenas dedisse. Quid hoc somnio dici potest divinius?

83. — MORTE DE THERAMENES. — Quam me delectat Theramĕnes! quam elato animo est. Etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Qui cum conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito adridens: *Propino*, inquit, *hoc pulchro Critiae*, qui in eum fuerat taeterrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare, qui poculum traditurus sint. Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam praecordiis concep-

tam mortem contineret, vereque ei, cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus, quae brevi consecuta est.

84. — REFINADA MALICIA DE Q. FABIO LABEÃO. — Narrant Q. Fabium Labeonem, seu quem alium — nihil enim praeter auditum habeo — arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ut ne cupide quid agerent, ne adpetenter, atque ut regredi, quam progredi mallent. Id cum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines, sicuti ipsi dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo romano adjudicavit. Decipere hoc quidem est, non judicare. Quocirca in omni re fugienda est talis sollertia.

85. — QUANTO SÃO NOCIVOS OS PRAZERES. — Accipite, optimi adulescentes, veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo. *Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem, hominibus* dicebat *a natura datam; cujus voluptatis avidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriae proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci; nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Cumque homini sive natura, sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum, quam voluptatem .Nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere.* Quod quo magis intelligi posset, fingere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis quanta percipi posset maxima; nemini censebat fore dubium, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum, quam voluptatem; siquidem ea, cum major esset atque longior, omne animi lumen exstingueret.

86. — A MORTE É IMMINENTE. — Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adulescentia commune? Sensi ego cum in optimo filio meo, tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni aetati mortem esse communem. At sperat adulescens diu se victurum; quod sperare idem senex non potest. — Insipienter sperat. Quid enim est stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? — Senex ne quod speret quidem habet. — At est eo meliore condicione quam adulescens, cum id, quod ille sperat, hic jam consecutus est. Ille vult diu vivere, hic diu vixit. Quamquam, o dii boni! quid est in hominis vita diu? Da enim supremum tempus;exspectemus Tartessiorum regis aetatem: fuit enim (ut scriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum et viginti vixit; sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tunc illud, quod praeteriit, effluxit; tantum remanet, quod virtute etrente facti s

consecutus sis. Horae quidem cedunt et dies et menses et anni nec praeteritum tempus unquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus.

87. — PALAVRAS DE CYRO O MAIS VELHO ANTES DA MORTE. — Apud Xenophontem moriens Cyrus Maior haec dicit: *Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis; sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere, cum exissent ex iis, emŏri: nec vero, tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset, sed cum, omni admixtione corporis liberatus, purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedant; abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Jam vero videtis, nihil esse morti tam simile, quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si haec ita sunt, sic me colilote, ut deum. Sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis.*

88. — DEFINIÇÃO DA AMIZADE. — Est amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate consensio; qua quidem haud scio an excepta sapientia nihil melius homini sit a diis immortalibus datum. Divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum, illa autem superiora caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris quam in fortunae temeritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem, sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet, nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest.

89. — TODOS APRECIAM A AMIZADE. — Una est amicitia in rebus humanis de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt. Quamquam a multis virtus ipsa contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur: multi divitias despiciunt, quos parvo contentos, tenuis victus cultusque delectat; honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existiment! Itemque cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent; de amicitia omnes ad unum, idem sentiunt, et ii qui ad rem publicam se contulerunt et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi, postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.

90. — O CARACTERISTICO DA VERDADEIRA AMIZADE. — Ut monere et moneri proprium est verae amicitiae et alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter, sic habendum est nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, adsentationem; quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum levium hominum atque fallacium ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio vitiosa est (tollit enim judicium veri idque adulterat), tum amicitiae repugnat maxime; delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Nam cum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, qui id fieri poterit, si ne in uno quidem quoque unus animus erit idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

91. — A VIRTUDE CONCILIA E CONSERVA A AMIZADE. — Virtus, virtus, inquam, et conciliat amicitias et conservat. In ea est enim convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia; quae cum se extulit et ostendit suum lumen et idem aspexit adgnovitque in alio, ad id se admovet vicissimque accipit illud, quod in altero est; ex quo exardescit sive amor sive amicitia; utrumque enim dictum est ab amando; amare autem nihil est aliud nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita: quae tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis.

92. — QUEM GOVERNA DEVE CUIDAR DE TODOS, SEM DISTINÇÃO DE PARTIDOS. — Qui rei publicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant, unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quaecumque agunt ad eam referant obliti commodorum suorum, alterum, ut totum corpus rei publicae curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio rei publicae ad eorum utilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est; qui autem parti civium consulunt, partem neglegunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam; ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae discordiae, in nostra re publica non solum seditiones, sed etiam pestifera bella civilia; quae gravis et fortis civis et in re publica dignus principatu fugiet atque oderit tradetque se totum rei publicae neque opes aut potentiam consectabitur, totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat.

93. — O PASTOR GYGES. — Gyges qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiātum aëneumque equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cujus in lateribus fores essent; quibus apertis, corpus hominis mortui vidit magnitudine inusitata anulumque aureum in digito; quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor), tum in concilium se pastorum recepit. Ibi, cum palam ejus anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat. Itaque hac opportunitate anuli usus, reginae stuprum intulit eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulit,

quos obstare arbitrabatur, nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens nihilo plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet; honesta enim bonis viris, non occulta quaeruntur.

94. — A AGRICULTURA TRAZ HONESTAS ALEGRIAS. — In agris erant senatores, id est senes, siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum; cujus dictatoris jussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum adpetentem occupatum interemit. A villa in senatum arcessebatur Curius et ceteri senes, ex quo, qui eos arcessebant viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an nulla beatior possit esse, neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed et delectatione, et saturitate copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent, ut, quoniam haec quidam desiderant, in gratiam jam cum voluptate redeamus. Semper enim boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est, villaque tota locŭples est, abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle.

95. — TAMBEM A VELHICE PODE GOZAR DE ENERGIAS. EXEMPLO DE CATÃO. — Senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim adulescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adulescentis, probo; quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi liber Originum est in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo, causarum illustrium, quascumque defendi, nunc cum maxime conficio orationes, jus augurium, pontificium, civile tracto, multum etiam graecis litteris utor Pythagoreorum more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemŏro vesperi. Hae sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis, in his desūdans atque elabōrans corporis vires non magno opere desidero. Adsum amicis, venio in senatum frequens ultroque adfero res multum et diu cogitatas easque tueor animi, non corporis viribus. Quae si exsĕqui nequirem, tamen lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem quae jam agere non possem; sed ut possim, facit acta vita. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrēpat senectus. Ita sensim sine sensu aetas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.

96. — OS SENTIDOS DO HOMEM. — Sensus interpretes ac nuntii rerum in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt. Nam oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt. Itemque nares eo, quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt et, quod cibi et potionis judicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem

oris secutae sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris appulsus sentire possimus.

97. — O OUVIDO. — Auditus semper patet: ejus enim sensu etiam dormientes egemus: a quo cum sonus est acceptus, etiam e somno excitamur. Fluxuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret, provisum etiam, ut, si qua minima bestiŏla conaretur irrepĕre, in sordibus aurium tanquam in visco inhaeresceret Extra autem eminent quae appellantur aures et tegendi causa factae tutandique sensus et ne adjectae voces laberentur atque errarent, prius quam sensus ab iis pulsus esset. Sed duros et quasi corneolos habent introitus multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca et in fidibus testudine resonatur aut cornu et ex tortuosis locis et inclusis soni referuntur ampliores.

98. — A MÃO DO HOMEM. — Quam aptas quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorum. Atque haec oblectationis, illa necessitatis, cultus dico agrorum exstructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta vel suta omnemque fabricam aëris et ferri: ex quo intellegitur ad inventa animo, percepta sensibus adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi esse possemus, urbes, muros, domicilia, delubra haberemus. Jam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas invenitur et copia. Nam et agri multa efferunt manu quaesita, quae vel statim consumantur vel mandentur condita vetustati, et praeterea vescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim et celeritatem. Nos onera quibusdam bestiis, nos juga imponimus, nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate, canum ad utilitatem nostrum abutimur, nos e terrae cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam, nos aëris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras, arborum autem consectione omnique materia et culta et silvestri partim ad calefaciendum corpus igni adhibito et ad mitigandum cibum utimur, partim ad aedificandum, ut tectis saepti frigora caloresque pellamus.

99. — BREVE DESCRIPÇÃO DA TERRA. — Principio terra universa cernatur, locata in media sede mundi solida et globosa et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus, quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas amplitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines immensitatesque camporum: adde etiam recon-

ditas auri argentique venas infinitamque vim marmoris. Quae vero et quam varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum! qui volucrium lapsus atque cantus! qui pecudum pastus! quae vita silvestrium! Quid jam de hominum genere dicam ? qui quasi cultores terrae constituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari, quorumque operibus agri, insulae litoraque collucent distincta tectis et urbibus. Quae si, ut animis, sic oculis videre possemus, nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret.

100. — O ESPECTACULO DA NATUREZA INCULCA A EXISTENCIA DE UM DEUS CREADOR. — Praeclare Aristoteles: Si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus, quibus, abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus exire potuissent atque evadere in haec loca, quae nos incolimus: cum repente terram et maria caelumque vidissent, nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent aspexissentque solem ejusque cum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficentiam cognovissent, quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa; cum autem terras nox opacasset, tum caelum totum cernerent astris distinctum et ornatum lunaeque luminum varietatem tum crescentis tum senescentis eorumque omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos immutabilesque cursus; haec cum viderent, profecto et esse deos et haec tanta opera deorum esse arbitrarentur.

INDICE

Prefacio.. 3

SYNTAXE DAS CONCORDANCIAS

Concordancia do predicado verbal..... 5
Concordancia do predicado nominal adjectivo. 7
Concordancia do predicado nominal substantivo.. 8
Concordancia do apposto. 8
Concordancia do pronome... 9

SYNTAXE DOS COMPLEMENTOS

Complementos indirectos

Complemento de logar..... 11
Logar onde..... 11
Logar para onde.. 12
Logar donde.. 13
Movimento por onde.. 14
Observações sobre os complementos de logar. 15
Complemento de tempo.... 16
Indicação da idade..... 18
Complemento de causa.. 19
Complemento de instrumento ou meio.. 20
Complemento de materia.. . 23
Complemento de apreciação e de preço.. 23
Complemento de modo ou maneira..... 24
Complemento de companhia... 25
Complemento de limitação e accusativo de relação..... 26
Complemento de origem. . 27
Complemento de afastamento... ... 28
Complemento de extensão e de medida..... 29
Complemento agente ou de causa efficiente.. 30
Complemento de qualidade e argumento..... 31
Complemento de abundancia ou falta..... 32
Complemento de culpa e de pena..... 34

SYNTAXE DOS CASOS

Nominativo
Nominativo do predicado integral..... 35
Nominativo nas exclamações e vocativo..... 39
Accusativo
Accusativo com os verbos transitivos..... 39
Accusativo com verbos intransitivos e accusativo adverbial... 41
Duplo accusativo: accusativo da pessoa e da cousa... 43
Duplo accusativo: accusativo do complemento objectivo e do de logar..... 45
Duplo accusativo: accusativo do complemento objectivo e do predicado..... 46
Verbos impessoaes.... ... 46
Accusativo nas exclamações.. 47
Genitivo
Genitivo determinativo..... 48
Genitivo declarativo..... 49

Genitivo possessivo... 50
Genitivo partitivo..... 50
Genitivo complemento dos adjectivos..... 52
Genitivo com participios..... 53
Genitivo depois dos verbos..... 53
Dativo
Dativo do objecto indirecto..... 55
Dativo complemento dos adjectivos..... 58
Dativo de interesse..... 59
Dativo de posse. 60
Duplo dativo..... 60
Ablativo
Ablativo absoluto..... 61
Observações particulares sobre o uso de alguns substantivos 63
Syntaxe dos adjectivos. 64
Comparativo e superlativo... 65

SYNTAXE DOS PRONOMES

Pronomes pessoaes..... 67
Acção reciproca..... 68
Pronomes possessivos e demonstrativos..... 69
Pronomes relativos, indefinitos e particularidades syntacticas da lingua latina..... 70

SYNTAXE DO VERBO

Vozes..... 72
Modos
Indicativo..... 75
Subjunctivo
1) Subjunctivo potencial... 76
2) Subjunctivo optativo... 77
3) Subjunctivo dubitativo — interrogativo... 78
4) Subjunctivo exhortativo.. 79
5) Subjunctivo concessivo. 79
Imperativo..... 80
Infinito
Infinito subjectivo e objectivo.. 81
Construcção do accusativo com o infinito nas proposições subjectivas ou accusativo com o infinito como sujeito. 83
Construcção do accusativo com o infinito nas proposições objectivas ou accusativo com o infinito como objecto 84
Tempos do infinito..... 90
Appendice ao infinito
§ 1. — A particula *sem* seguida de um infinito..... 92
§ 2. — O verbo *mandar* ou *fazer* seguido de um infinito.... 93
Participio..... 94
Uso do participio futuro passivo... 97
Correspondente latino ao participio portuguez 99

Gerundio. 100
Construcção com o gerundio e com o gerundivo..... 101
Supino. 103
Uso dos tempos..... 105
Presente..... 105
Perfeito... 106
Imperfeito..... 107
Mais que perfeito.. 108
Futuro.. 109
Uso dos tempos no estylo epistolar..... 111

PEQUENA ANTHOLOGIA CICERONIANA

I

Do epistolario ciceroniano *Ad Familiares* vinte e uma cartas enviadas a personagens illustres, á esposa Terencia, ao liberto Tiro e a outras pessoas da familia..... 113

II

TRECHOS VARIOS

22 — Themistocles e os tropheus de Milciades..... 117
23 — Bella resposta de um espartano..... »
24 — Uma mãe espartana... .. .. »
25 — O philosopho Theodoro a Lysimacho..... »
26 — Dito do poeta Lucilio..... »
27 — Dito chistoso de Granio..... »
28 — Desprezo das riquezas..... »
29 — Dito faceto de um Siciliano..... »
30 — Predicção dos Magos a respeito de Alexandre Magno »
31 — Dito de Themistocles. 118
32 — Modestia de Socrates..... »
33 — Dito gracioso de Catulo..... »
34 — Nobres palavras da mãe de Spurio Carvilio..... »
35 — O jactancioso humilhado... »
36 — Diogenes o cynico.. .. .. »
37 — Cada um deve cuidar das cousas para as quaes é idoneo »
38 — Stilpão de Megara..... »
39 — M. Lepido..... .. .. »
40 — Dito de Catão a respeito dos aruspices..... 119
41 — Animo grande de Fabricio.. »
42 — Dito arguto de Caio Fabricio... »
43 — Intemperança de Xerxes..... . . »
44 — A melhor audição para Themistocles..... »
45 — Bias. . .. . »
46 — Palavras de Socrates a Critão... .... »
47 — A fome e a sêde são os melhores temperos das bebidas e comidas..... . . . 120
48 — Impiedade de Dionysio o Antigo... »
49 — Milciades morre na prisão... »
50 — Memoria de Themistocles... »
51 — O velho Appio Claudio..... »
52 — Respeito aos velhos.. »

53 — Alexandre junto da sepultura de Achilles..... 121
54 — Estudo da musica entre os Gregos..... »
55 — Anacharsis não dava apreço ao dinheiro..... »
56 — O poeta Antimacho..... »
57 — Thales..... »
58 — O alimento dos Espartanos..... »
59 — Sonho de Sophocles..... »
60 — Grande poder da musica..... 122
61 — Não nascemos só para nós..... »
62 — Conjecturas sobre Quinto Roscio ainda creança.... »
63 — O poeta Ennio e Scipião Nasica.. »
64 — Gorgias Leontino e Ennio..... »
65 — A má consciencia nunca está segura..... »
66 — Menosprezo das riquezas.. 123
67 — Nestor..... »
68 — Hippias da Elida.. ... »
69 — Grande desejo de aprender..... »
70 — Origem da astrologia..... »
71 — Epaminondas e Leonidas. 124
72 — Louvor á philosophia..... »
73 — Ao util deve-se preferir o honesto..... »
74 — Deveres dos jovens..... »
75 — Um sonho de Alexandre Magno..... »
76 — Publio Cornelio Scipião Africano, o Maior..... 125
77 — Perseverança de Demosthenes..... »
78 — Dionysio, tyranno de Syracusa..... »
79 — Grande cuidado na escolha dos amigos..... »
80 — Uso da sepultura entre os varios povos... »
81 — Cicero narra o seu regresso do exilio..... 126
82 — Dois sonhos..... »
83 — Morte de Theramenes..... »
84 — Refinada malicia de Q. Fabio Labeão..... 127
85 — Quanto são nocivos os prazeres..... »
86 — A morte é imminente..... »
87 — Palavras de Cyro o mais velho antes da morte..... 128
88 — Definição da amizade.. »
89 — Todos apreciam a amizade..... »
90 — O caracteristico da verdadeira amizade..... 129
91 — A virtude concilia e conserva a amizade..... »
92 — Quem governa deve cuidar de todos, sem distincção de partidos..... »
93 — O pastor Gyges..... »
94 — A agricultura traz honestas alegrias..... 130
95 — Tambem a velhice póde gozar de energias..... »
96 — Os sentidos do homem.... »
97 — O ouvido... 131
98 — A mão do homem.... »
99 — Breve descripção da terra..... »
100 — O espectaculo da natureza inculca a existencia de um Deus Creador..... 132